

LICA

7

TOLEDO
Biblioteca Arzobispal.

J^a 27-6.

Res
1080

T. 148290
R 376424
C 1196387

1234

5678



Octauus Liber.



HILIPPVS PVLCHER IAM INDE A prima adoleſcētia Aegidiū Romanū, theolo- gū obſeruarat: authorq; fuerat, vt de regimi- ne principū monimēta, quę extāt, conſcribe- ret, ederetq;. Eundē Lutetiam a Remenſibus ſacris regressus, q; ſacrę ſcholę vniuerſiq; Mu- ſei oratione nouos excipi Reges ſolenne ſit, dicere iuſſit. Iſq; ita exorſus eſt. E templis, & quaſi e colloquio Dei opti. maxi. venientes, ac continuo abs te indulgētiffime Rex dicere iuſſi: non minore re- ligione apud te verba faciemus, q̄ quāta modo pro te ante aras vo- ta ſuſceperimus. Te quoq; eadē animi pietate auditurū cōfidimus, qua vt Sacrę Scholę verbis orationē habeamus, hortaris: vt quę vl- tro in mētem tibi veniunt, ea etiā a tuis accipias: & tecū loqui per- ſepe ſolitus, vocem etiā noſtram non aſperneris. Quid autem apud nouum Regē antiquius, grauiusq; q̄ de Regno, dici poteſt? Nomē enim Regiū non in terris natū, excogitatūve: ſed e cœlo demiffum, mihi videri ſolet. Parens enim rerū Deus, cū genus humanū condi- diſſet, ſummū quidē in illud imperiū iuſq; penes ſe retinuit: ſed vt mente in eū ſublimis ferremur, vt illū cupidius quęreremus, vt ſpe, vt votis incēderemur: iccirco in terris palam ipſe degere, oculisq; in- terea noſtris obuerti noluīt: Reges inſtituit, qui eius vice, mune- req; fungerentur: quorum, vt quiſq; probitate q̄ proxime ad Deum opti. maxi. accederet, ita veriſſime Rex vocitaretur. Ita omnes eo- dem conſilio dati: alia tamen alii via ad laudem contenderunt. Per- multi, ſingulis ſinguli virtutibus inclaruere. Audeo prædicare, nullū dum omnibus anteuiffe. Non pauci certe complūribus præſtitere. Magnus enim campus Regibus patet ad gloriā: & ad eam cun- cti mortales: ſed maxime omnium Reges, ſtudio incitati feruntur. Digniſſimū eum diademate cenſuerim, qui quicquid in cęteris pul- chri ſparſim aut legerit, aut audierit: id omne ſibi, vniuerſumq; ex- perat: & quod deſiderarit in aliis, id præterea ipſe præſtet. Nō pige- bit me, dum te intueor, magnitudinemq; tuam conſidero: a Perſis exempla repetere: quorū Reges tot gentibus imperitantes, cum li- beros ſuos ipſarum virtutū voce erudiri, inſtituiq; nō poſſe cogno-

Johannes Roberti & amicorum
ſola mem^a ſc^a ſu^a ſu^a



scerent: quod proximū erat, conquisitione summorū virorum facta, quatuor viros ex omni numero deligebāt: vnū iustitia clarissimum, alterū prudentia, tertium fortitudine animi, quartum cōtinentia excellentem. Horū præceptis institui parui Regum filii consueuerāt: quæ disciplina quādiu incorrupta permansit, tādīu illud Imperiū maximum orbis terrarū extitit, & tot post sæculis etiam apud nos memorabile, ac imitatione dignissimū. Sed satis mirari nequeo id quod multis ante sæculis admirationi summis sapientiæ p̄fessoribus fuisse video: post hominū memoriā summos Reges, maximosq; Imperatores ex rebus gestis, vitæve instituto, aut fortuna aliqua p̄clara sibi cognomina peperisse: alios Expugnatores, alios Illustres, alios Magnos, alios Felices, alios Augustos, alios Pios dictos, alios alio decore nobilitatos: nullū dum Regum, nullum illorū Imperatorū, qui rerum potiti sunt, Iusti cognomen ad hanc diem promeruisse: eam vnā iusti Regis palmā, cognominisq; dignitatem, ceteris occupatis, reliquā esse quæ petatur, quā primā omnium summa cōtentione peti oportuisset: cum cetera priuatorū hominū, & multo minus salutaria munera sint. Cuius rei causam quis aliam crediderit, quæ sunt, qui ferant, iustū hominē maiori aliis, quā sibi, vsui esse: quasi Reges loco cęlestium instituti, datiq; iccirco sint: vt sibi, nō reipublicę salutī, cōmodoq; prospiciant: cū contra res habeat, Regesq; diuinitus generi humano dati sint: vt in cōmune cōsulant, iustitiāq; sit ea animi dos, quæ vniuersa vtilitate cōseruata, suā cuiq; tribuit dignitatē: a qua, qui desciscunt, quāuis in Regio solio sedeāt, Regesq; in præsentia vocitētur: tamen adeo ab Regio nomine, iudicio sapientum, quo quid maius? quid grauius? absunt, vt ne latino quidem nomine nūcupari possint. externo & peregrino: & tēporibus auribusq; tuis ac voce, pietateq; nostra indigno, nominantur. Eius igit̄ culpe ratio eadē est, quæ & cōmunis exitiū, maximorūq; bellorū: q; opibus p̄stare, id in rebus humanis summū bonū arbitrant: cū ea demū ac vna magnitudo Regia sit, vt cū cupiditati animi modū semel iposueris, quā ceteros mortales magnitudine nominis antecedis: tā bñficiis antēire cōtendas: & ea in primis excellas virtute, a qua vna reliquę iura petāt: eius nutū intueant, ad eam oīa referāt, ab eius ore pēdeāt: cuius fidei alię rerū summā arbitriūq; mandarint, seq; eius administras, comitesq; p̄fiteantur. Ea haud dubie iustitia est: pro qua fortis

tudo, cōstātia, grauitas, nisi depugnet, suū ius, nomēq; ac dec⁹ amittat. Feritas, immanitas, vecordia, dicatur: cui sapiētia nisi appareat, prestōq; sit: malitia, calliditas, fraus, captio, necessario vocitet. Eiusdē est, cū hominū genus ex fera vita syluisq; i vrbes māsuētudinēq; exciuerit, legūq; ac institutorū vinculis cōiunxerit, cōsociaritq; dare operā vt probi mores vigeāt: pietas, fides, pudor, modestia, cōtinētia, tēperātia, colatur. Quin ipsa liberalitas, quæ prodesse velle se, ac augere multos gloriatur: nisi sine iūria, sine maleficio alterius id faciat: nisi iustitię vestigiis insistat, cuius se germanā ac maxime geminā p̄dicat: oīs cōmendationis dignitatēq; sit expers: priusq; alios spoliet, q̄ aliis largiatur. Eadē & magnificētē & munificētē vis est: vt ab iniuria procul faceſſat: vt vnus iustitię noīe oēs cōtineantur: ea oēs sit: ea vim suā etiā sanctā mortalibus testetur, q̄ cū quēnam mortaliū generi tuēdo debeant, p̄scripserit: ccelū etiā suspiciēs, illi in animis hoīm, venerationē, cultūq; reddat: pietatē & religionē, tēpla sacra superis impertiat, summūq; mūdi artificē velut corā cōtēplata, imitādū sibi p̄ponat: vt quēadmodū ille signa, sidera, celi motus, tēporū vicissitudines, sempiterna certa q; lege deuinxit, a q̄ deficere nequeāt: ita ipsa terrestrib⁹ his apud nos Regnis, si p̄petua futura sint, salutare leges, iuraq; p̄scribat. Hęc igit iustitia, terris incedēs, ac ccelū ceruice contingēs: ita sibi nihil ipsa petēs, nihil captans, sua cuiq; tribuit: vt ei nihilo secius gen⁹ humanū, resq; oēs eius bñficio incolumes, scepra dent. Simul qui iusti, legitimiq; Reges a parētibus more, instituto, & legib⁹, cōsensuq; Regna acceperint: nulli rei plus q̄ iustitię debent. Maius enim certiusq; patrimoniu, ac ampliores facultates ab ea acceperūt, q̄ a parētib⁹. Illi enim opes, Gazā, arma, arces, p̄sidia, tradere potuere: vt veri, iustiq; Reges sint, haberēturq; ipsi, ac liberis deinceps p̄ manus eadem relinquunt: id munus eius Reginē sit. Cur enim iustitiā Reginā vocitare dubitemus? quę Regna tradat, tua, sancta efficiat: adeo vt etiā si id verū credat, quod & p̄ceres sapiētē nōnulli dixere: iustū plus aliis prodesse q̄ sibi: dissimulari tñ nō possit, veros Reges, eosq; in primis q; Regib⁹ orti, generaturi Reges sint, ei Reginē accepta oīa ferre debere: quā & ipsos in se colere, & ceteris p̄stare cōueniat. Et (vt oīa aliqñ cōplectar) religiōis, moderationis, fortitudinis, prudētē, liberalitatis, iustitia parēs est: nec diuelli ab Rege potest, icolumi Regio noīe. Nec

difficile factu est, eā p̄stare, nō eque cetera. Etenim, sapientia ingenii
idoles est, quā null⁹ efficere, creareve sibi pōt. naturę bonū, ac dei do
nū est. Fortitudo quoq; vis q̄dā & magnitudo animi cēset: ac id mē
tis robur fere, vt cuiq; insitū est specimen, cernit. Quid, q; cōtinētiā
facile aut difficile corporis dos, habitusq; p̄stare videri possit: Iusti
tia a sola voluntate p̄ficiscit: vt quisq; vult, iustus secusve est. Forma
corporis, oris dignitas, frōtis grauitas, vult⁹ maiestas, fulgor, vigor
ac lumē oculorū, (qñ maxime inclyta cęlestiū munera repudianda,
dissimulādaq; nō sunt) Spectātes mouet, tenetq; ac admonet: quęnā
species primī a sūmo artifice, initio rerū creati hoīs fuerit: qualesq;
quicūq; iuste regnarint, futuri sint in illa fœlici immortalitate. Q; si
corpis pulchritudo tāti est, vt quodā sui miraculo reliquos afficiat:
quid sentiēdū est, de illa pulchritudine, q̄ est animi vere Regiū? Quę
simillimū superis facit: Age maeste indole animi, speq; mortaliū, hęc
virtutū Reginā, Rex in cōsiliū semp admittite: eius speciem aīo cōci
pias: ad eā te formes: eā intuēs te cōponas. Q; ea te delectabit: Q;
mirū sui amorē apud te excitabit: Q; te cœlestib⁹ charū, acceptū
q; efficiet: Quantā maiestatē tibi apud tuos, apud alienos concilia
bit: Q; te immortalitati noīs cōsecrabit: Is demū optimus Rex erit,
ac minime rerū inclinatioibus, tēporūq; cōmuniū mutationibus, &
publicis casibus, q; sūmis iperis, vbi aliqd labat, fere accidere: vt hu
manis corporib⁹ morbi cōsueuere, obnoxius: q; eā semel pectore ad
miserit, ac deiceps ei⁹ cōsuetudine tenebit. nec ipse modo fœlix, sed
& qd̄ ppriū Regū est, suos fœlices efficiet: p̄gustās quāta, q; soli
da futura sit illa inter supos summa ęternaq; fœlicitas: quā optimis
Regib⁹, iustissimisq; destinauit diuinū numē: cui⁹ vt apud nos par
tes interea ageres: hoc solio velut i editissima terrarū specula, sedes.
Hęc Roman⁹ theologus. Pulcherrimū erat magnificā exēdificare
basilicā in isula Regię vrbis, vbi iudicia sine puocatioe fierēt: ac ve
lut e sinu Regis iura peterētur: idēq; & Regū domiciliū, & iustitię
tribunal foret: q; nulla dū p̄cipue dignatiois vrbs delecta, attributa
ve iuridicis cōuetib⁹ fuerat: forūq; lōgo iterdū annoꝝ interuallo, in
paucos admodū dies idictū alias alibi agebat: raris iitio cōtrouer
siis, q; ciuitates suę q; p̄fecturę iudiciis domesticis cōtēte, turpe du
cebāt lōgiquū, sūmūq; auxiliū appellatioe iplorare. Paulatim gliscēte
calūnia, mltitudieq; causarū icrescēte, primū quotānis semel, postea

& semel & iterū, sed alio q̄ proxime semper loco, iuridictio exercebatur. Tandē e re vniuersę Francię vísū certas sedes summis iudiciis dari: easq; & in Regia vrbe & ad ipsam Regiã. Igitur atrium Philippo Pulchro Rege, magnificētissime extructū, adiectis cōclauibus & aliis ēdiū ptibus: vbi frequētī cōsilio decurię iudicū postea cogi cōeptę. Gaguinus recētissimus rerū Frācicarū scriptor, refert Vtinō Philippi Pulchri Regis filio Rege, primū institutū, vt q̄ vaga fuerat antea iuridictio, in Regia vrbe certis sedibus cōsisteret: ne litigatores peregre semp ac incerti vexarētur. Tādē per paruo loci interuallo, & prope veterē sancti Regis Regiã: fisci quoq; tabulario ac authoribus summarū locus attributus. Normani domi iura petere velle pseuerabant. Rotomagi, q̄ ea sit vrbs regionis princeps, quotannis vere ineunte ac autūno sexies septenis in singula ea anni tēpora diebus, forū agebatur, si p̄ bella aliasue occupatiōes, liceret: quę sepe numero vel verę accidebāt, vel fando p̄tētebātur. Eū cōuentū iuridicum scacariū pro statario vocitabāt. His paucis annis etiā apud Normanos ea iuridictio perpetua facta. Ioanna Philippi Pulchri Regis, Musēū (quod Nauarę dicitur) extruxit: locupletauitq; ad scholasticorū tenuitatē sustentandā. Romanus theologus cōciliante literatura sanctitateq; vitę creatus est Archiep̄us Biturigū. Interea in Italia res gestę. Robertus Comes Atrebas, dū Carolus Claudus Caroli Regis Sicilię filius in captiuitate apud Tarraconēses degit: res eius Italicas pcurabat. Neapoli sedē sibi delegerat: classē illuc cōuenire iussit. Inde i Siciliã cū parte copiarū trāsmisit. Catinā in ditionē redegit. In spem totius insulę recipiēde erectus, classē Neapolim remisit ad ceteras copias repetēdas. Rogerius classis Tarraconēsis p̄fectus, exploratis hostiū consiliis, classē Atrebatē iprouisus occurrit: ppugnatoribusq; vacuā adortus, naues omneis ad vnā, cepit: & anteq̄ huius cladis fama ad hostes emanaret, obuiā p̄cedit alteri classē, q̄ ex Prouincia, Duce Breno Comite, ac Philippo Flādrī Comitē filio, soluerat: ac descēsiōe in orā Etrurię facta: Vidonē a Mōteforti Comitē sustulerat: q; Rufo Comiti Anguillarię socero in Comitātū successerat: & veterē gloria belli, & recētib⁹ opib⁹ ingēs erat. Haud i difficilī res fuit: Procere eq̄stribus plīis nobiles, naualiū rudes, i Rogeriū ptatē venere. Ille redēptos a suis ceteros dimisit: Vidonē nullo p̄cio vt missum faceret, exorari

potuit, Regi Anglo eius hosti impacabili gratificaturus. Vido in p
petuam custodiam, compedesque coniectus, atque enectus: poenas Anglis de
dit ac aris sanguine perfusis mactati Regii iuuenis sacro bello re
ducis. Eduardus Rex per legatos de compositione agens, peruenit ut
foedus his legibus iiceretur: ut Carolus Claudus e captiuitate dimit
teretur: viginti millia pondus argenti pederet: Pontificem Maximum exora
ret, ut Tarraconensibus ius Siciliae insule ad iudicaret: eosque inducto
dirarum decreto in gratiam reciperet. Carolo Valesii Comiti persuade
ret: uti cederet iure Regni Tarraconensis, quod Martinus Pontifex ei
attribuerat. Ea omnia nisi intra triennium prestaret: in custodiam, unde emit
teretur, rediret: ea ita futura obsides daret: quos & dedit, duos ex fi
liis, Robertum mirae indolis, & Ludouicum mirae sanctitatis adulescentu
los: ac quadraginta praeterea e provincia Phocensi nobiles viros. Ita
deportatus e Sicilia exercitus. Quarto quoque captus fuerat anno Claudus
Rex in Franciam ex Hispania rediit: atque inde cum Nicolaus Pontifex Ma
ximus foedus Tarraconense ratum nollet: nec iussu suo transigi potuis
se de Regno sedis Romanae beneficiario contenderet: cum egregio equi
tatu in Italiam transcedit. Eum Etruriae bella excepere. Guelforum partes ea
tempore inualidas tutandas suscepit. Vgolinus enim Girardescus ci
uis Pisanus Guelfarum partium princeps: initio contraria factione, parti
pulsus, partim percussus, eo potentiae domum peruenit: ut nutu omnia admini
straret: patrique dominus & esset & haberet: diuitiis, nobilitate, ingenii fa
ma, auctoritate ingens, vxore, filiis, nepotibus, & omnibus in vita bonis
appetendis circumfluens: beatus, foelix, & ceteris & sibi visus: eorumque co
gitatione proficiens, letus, fidens, etiam illorum commemoratione gaudebat.
In festo frequentique natalis sui celebrandi conuiuio, ad quod suos omnes in
uitarat adhibueratque: dum fortunam suam ipse fando effert, admiratur,
caeloque equat: ausus est quendam ex intimis amicis Marcum, quid tan
dem abesse videretur, interrogare. Ille vel reputatione rerum huma
narum quae fluxe, fallacique specie, quae volucris orbe circumagantur: vel mente
diuinitus admonita, sola (inquit) ira Numinis procul diuque abesse
a tam secundis rebus non potest: & necesse erat cogesta in unum homi
nem nondum alteram fortunam expertum bona, excipi calamitate ingen
ti. Guelforum viribus consenscentibus, Gibellini armis correptis,
edes eius circumstant, oppugnant: unum e filiis, unumque nepotum,
vim arcere conatos, occidunt: ipsum & duos praeterea filios, tres

nepotes comprehēſos in turrim incluſere obſeratis foribus, clauibusq; in Arnum p̄pinquū flumen deiectis. Ibi fame in oculis, in gremio ſuo chariſſima pignora parēs moriens, moriētia vidit. Vociferātī expoſcētīq; vt ſuppliciiis hūanis exigēdis inimici contētī eſſent: ſacrę cōfeſſiōis ſacroſanctīq; viatici poteſtas facta nō eſt. Hęc inhumanitas partes Gībellinorū magis iuiſas effecit. Et ſupueniēs Carolus ſe Guelfis iunxit. Florentinorū Reſp. in manu Guelforū erat, ſed exules eorū Gībellini cū Repu. Arretinorū qua potiebātur item Gībellini, ſcēdus percufferāt: & aliarū ciuitatū exules, vt cuiuſq; cauſa erat, alii Florētinis, alii Arretinis ſe cōiunxerāt. Vtriq; pręterea domesticā iuuentutē, & milite mercede cōductū, ſub ſignis habebant. Arretini Hilermū ciuitatis Pontificem: quando ad id ventū erat, vt ſuā quiſq; cauſam ſanctā prędicaret: ſui exercitus ducē ſequebantur. Carolus Florētinis Mericum Narbonēſem clariſſimū bello virū cū centū Frācis delectis equitibus: vt eo exercitus Imperatore, ſignisq; liliatis, res gererētur, dedit. Hoc duce pugnatū cū Arretinis: eorum tria circiter millia occiſa, duo millia capta. Exin res Florētina pollens potēſq;, Francici nominis obſeruatiſſima. Carolus Claudus ipſe proſectus in Urbem, a Nicolao Pōtifice Maximo coronatur: anno eius ſeculi vndenonageſimo, die Pētecoſtes feſto. Aduerſariū vocabāt eū omnino Regē Apulię: Pontifex etiā Sicilię diadema nomēq; addidit. Quę res Tarraconēſes a ſpe pacis, reconciliandęq; cū Pontifice gratię auertit. Et Eduardus Anglus alienior offeſſiorq; Frācis effectus. Sed & Tarraconenſes, vt Sicilia arte potiti fuerāt: ita & contētis oppida clam ſollicitare cōperūt. Catenzanū in primis vt deſiceret a Francis, adduxere: occupatūq; pręſidio firmare, cętera tētaturi. Robertus Atrebas, vt illud recuperaret: cū impetu expugnare nō potuiſſet, obſedit. Iacobus Tarraconēſis Petri Regis filius ſe Sicilię Regem dictitans, & Rogerius, cū copiis ingētibus affuere: vt clauſos eximerēt obſidione, Aperto Marte pugandū erat. Atrebas lētus facultatem pugne collatis ſignis conferendę aduentu hoſtium dari, vocata concione, Id quod optaſtis milites (inquit) apero Marte, patentibus campis, dimicandum nobis: & de Siculo Regno in parte Italię illi contributa, eſt decertandum. Hoſtis noſter non eſt nobis procul quærendus: non ad Niceam, nec Antiochiam, nec ad Bouinas, nec ad alia loca victoriis Francorum nobilia

petēdus. Adest in oculis nostris, sese vltro cēdi offert. Semel atq; ite-
rū in Italia de Regno hoc in certamen descēdimus, primū ad Bene-
uētū, vbi cū Manfredo vno prœlio debellauimus: deinde ad Fucinū
lacum, quū clarissimi Imperatoris filiū Conradinū, & Fœdericū Au-
strię Ducem, etate viribusq; feroces, ac suorū externisq; copiis sub-
nixos, profligauimus: nobiliore tunc, q̄ prior, Beneuētanaq; extitit
set, victoria. Hęc tertia futura est: quā tanto maiore virtute pugna-
ri cōuenit, quāto secūda nobilior q̄ prima fuit: vt virtuti vestre semp
incrementū, semp cumulus accedat. Quod bonū, faustū, fœlixq; sit,
capite arma: descēdite in ordines, quisq; suos: pugnaturi, vt Frānico
nomine, vt vobis, vt causa nostra dignū est. In castris, quod satis vi-
sum est, copiarum in prœsidio relictum: & valida statio portis obsessi
oppidi opposita: ne vlla impune fieret eruptio: reliquus miles in acie
eductus. Pugnātū est acriter. Apud hostes Rogerius nunq; mari vi-
ctus, partū pelago decus, gloria terrestri augere contendit. Iacobus
hoc primū prœlium suo ductu auspicioq; cum Frāco cōmittens, no-
men sibi cōmendationēq; in futurū petit. Franci vicere: minus cēdis
cruorisq; q̄ fugę ignominieque fuit. Paulo plus ducenti hostiū cecide-
re: reliqui ad mare nauesq; pręcipiti fuga delati. Exin Tarraconēses
optimū statuerunt alio belli terrorē transferre, si distinere vires Frā-
corum, & auertere ab obsidione Catenzani possent: Gaietam classe
profecti, expositis copiis oppugnare aggressi sunt. Oppidani egre-
gie se tutabantur: & Carolus cū copiis Pontificis Maximi ad opem
ferēdam ex Vrbe aduolauit. Alia parte Atrebas parte exercitus ad
continuandā obsidionem Catenzani relicta, ad hostem pergit. Tar-
raconensis & terra & mari urbē premebat. Atrebas ardebat cupi-
ditate pugne: Carolus ad quietiora cōsilia pronior erat. Et Tarraco-
nensis pacem fœdusq; petebat, vt vndiq; discederetur ab armis: sta-
returq; iis que in dimittendo Carolo rege conuenerant conditioni-
bus. Cōmeantibus vltro citroq; legatis, redintegrate sunt in quinq;
annos inducię, etiā atq; etiā Atrebate fremēte, indignāteq; leges ac-
cipi: vinci posse hostē, nec parem Frācis futurū, si armis decerneret.
Nihil summus vir oratiōe authoritateve mouit. Iratus se ex cōcilio
rapuit, in Frāciāq; venit. Catēzanū, quia ita cautū fuit, in fidē rediit.
Sicilia in ditione Iacobi māsit. Eo rerū motu in pręsens sedato, alius
exortus: quādo Regibus orbem terrarū spe, affinitateq; complexis,

necesse est magnis nouisque semper excipi motibus. Tunc curę in Vngariam uerse. Carolus Claudus ex Maria Stephani Regis Vngarorum filia cohortem filiorum tulit: Carolum cognomine Martellum, Ludouicū, Robertum, Philippum, Raimū dum, Ioannem, Petrū. hos & filias quinque, earum duę in Franciam: duę in Tarraconenses enubēt: una Ferrariensi iuncta. Mortuo Stephano socero Rege, nec diu superstite eius filio Ladislao, Martellus se Vngarię Regem iure materno dictitabat. quod nemo cognatione propior spei illius Regni reliquus foret: contendebat æquū esse se auo materno, se auunculo succedere: se legibus, se iure: se institutis gentis ad illud solū infidēdum vocari. Cæterum is solo apud suos nomine fuit Rex: nec faciliores, æquioresue res illi Vngarię, quā patri Siculę extitere. Ex Clementia Rhodulphi Cesaris filia procreauit Carolorobertū: qui magno negotio ad Regnū Vngarię tadē perueniet: ac simplici, augustioreque nomine ab ea gente Carolus nūcupabitur. Impigrū eius Regni emulum habuit Andream, cognomine Venetū. Utque paulo altius res repetatur: Andreas secundus Rex Vngarię, ex uxore Gertrude Sueua genuerat Belam, Colomanū, Andream, & quasdam præterea filias: in quibus diuā Elísabetam. Uxore defuncta, cū in Syriam iussu Pontificis Maximi contendisset, nec magnis rebus gestis inde rediret: delatus (ut Vngari tradūt) in Italiā, ac forma filię Marchionis Estensis captus, eā uxore in patriā duxit: aliquātoque post, moriens grauidā reliquit. Vidua concilio procerum gentis coacto, se uterū ferre testata, fideque facta, statuīt a priuigno Bela, qui maximus stirpis, patri in regnū successerat, procul abire: ac in Italiā ad patrem Marchionē reuertī: ubi filiū peperit: Stephanūque nuncupauit. Is ubi adoleuit, regis spiritibus paternisque, priuatā uitā grauatus: auūque maternū dominatu deturbare conatus: indicio facto se in Hispaniā ad sororis ex patre uirū Iacobū superiorē Tarraconensiū Regem contulit. In Italiā cū redisset, ob nobilitatē generis creatus Rauennę Prętor, non diu ibi ius dixit. Venetias concessit, nobilissimique ac locupletissimi Veneti Mauroceni filiā uxore duxit: quo ex matrimonio natus Andreas Venetus: ubi adoleuit uiuo adhuc Ladislao Martelli auunculo in Vngariam iuit: eoque aliquāto post mortuo, Rex salutatus est. Carolus (ut quę pro Claudio, nonnulli cūctatorē vocāt) Martelli pater, segnius egit: fretus causa sua quod uxor eius, cuius iure regnū filio

petebat, soboles fuisset Andreę secūdi Regis per Belā eius filiū stir-
pis maximū, q̄ eadem fratrem, q̄ patrē, Reges habuisset: Venetus
neq̄ patre Rege procreatus, & ex Estensi, posterioreq̄ toro proge-
nies foret. Bello apud nos omnibus Regnis ardētibus, res Asiaticę,
quę & ab eius ætatis Ducibus Regibusq̄ alia gerentibus intētate,
& a nobis scribendo intermissę fuere, repetendę sunt. Anno eius
seculi altero & octogesimo, Armeniū armis Saracenorū vexati, cū
a nobis frustra opē petiuisent, cū bella domestica in Scythia tandē
conticuissent, ab imperatore Scythia auxilia quęsiuere: impetrauere
q̄ triginta millia Tartarorū equitū: iisq̄ frētī cum Saracenis Aegy-
ptiorūq̄ Rege, dimicauere: magna spe debellari posse, evertiq̄ Sul-
tanorū Impiū. In Syria ad urbē Gamalam, quā Helpis Aegyptius
Imperator obsidebat, signa collata sunt: acerrimeq̄ p̄liabant Arme-
niū fidentes eq̄tibus Scytharū: nec dubia videbat victoria. Scythia-
rū Dux noie Māgodamergus, cū trepidare Saracenos, ac in fugā in-
clinari, dissipariq̄ cerneret, equo pernix defilit. Qua re cōspecta, reliq̄
Scythę, & ipsi, in pedes se excepere, instituto gentis: vt Ducē eques,
milesq̄ ituēs, eius exēplo rē gerat. Tūc collectis animis hostes, redin-
tegratisq̄ viribus in pugnā redeunt: Armeniosq̄ a sociali equitatu,
cui vni fidebāt, desertos fundūt, fugāt. Gamalam expugnāt, cēdē fa-
ciūt. Reuersis domū Scythis, eorū Impator securi ductores ordinū
percussit: q̄ eorū ductu meruerāt, eos omni deinceps vita ignominie
causa, habitu cultuq̄ muliebri agitare iussit. Tribus post annis, Ae-
gyptiū Marmen urbē Phœnicū, defendētibus hospitalariis, obsede-
rūt, oppugnarūtq̄. Armis, aptaq̄ vi capere nō poterāt: Cuniculis suf-
fodere tā vastis specubus, vt tota vrbs pensilis esset: ruituraq̄ mox
videret. Cuius rei ignari, clausi muris se tutabātur. Hostis vltro exci-
uit: ac fide data oppidanorū aliquē prodire, & rē ad suos referre ius-
sit. Cognito certo periculo, urbē dediderūt: pacti vt emigrarēt. An-
no eiusdē seculi vndenonagesimo Tripolin iidē Barbari obsedere:
nō eadē humanitate in victos vsi, vrbe telis, tormētis, machinis, cu-
niculis, expugnata: q̄ atrocissima crudelitatis, feritatis, auaritię, libi-
dinis, cōtēptus Numinis exēpla excogitari ab vlla barbaria possūt,
ediderūt: pauci nauibus, q̄ in portu stabāt, excepti, effugerūt. In mœ-
nia etiā furor sequit: muros deiciūt: fundamēta cōuellunt: dissipant:
fossas & quos foderūt cuniculis, sinus explent, adæquat: ne vestigiū

urbis extet: tñ parua arcē emuniuerunt, quā p̄sidio tenerent: nē nostri restituere ruinas conarētur. Nostri nihil in Syria, Phoeniceve p̄ter Ptolemaidem habebāt, urbē frequētissimā: & cōuētū mercatorū, & ea re: q̄ quę vrbes pactiōe Saracenis deditiōnē fecerāt, earū incolę in illā se cōtulerāt: simul sacrę militiæ Magistri ibi p̄sidia collocarāt: induciasq̄ post captā Tripolin cū Aegyptio in quinq̄ annos fecerāt: quarū tñ fides sancta illi non fuit, q̄ diceret a nostris inopia adductis, excursiones in finitimarū ciuitatū agros fieri: p̄dāq̄ hominū ac pecorū, tāq̄ ex hostico, abigi. Nicolaus Pōtifex maximus, mille quingētos equites cataphractos stipēdiis suis eo miserat: inerant & multarū e nostris gētū procerūq̄ milites publice missi ī spem stipēdiōrū, q̄ tñ nō p̄debātur: vt raptō viuere, inopia cogereñt. Nec vnū erat cōsiliū. Triū quoq̄ ordinū Magistri discordes iter se, eius urbis impiū ad se singuli trahebāt. Patriarcha sanctę ciuitatis primas p̄tes etiā profani dominatus ditionisq̄ sibi arrogabat urbis cito p̄iturę: & foris ab hoste, & itra mœnia dissensionibus eorū laborātis: qui vt tutarētur: adesse se dicerēt. Carolus idē & Sicilię & Hierosolymorū a Rex a Pōtifice maximo dict⁹ coronatusq̄, a quo etiā ius exigēdarū a Ditionis suę sacerdotibus in sex annos decimarū ipetrarat: Ptolemaidē vt sacro Regno cōtributā, sui esse iuris: defendebat. Cyprius Rex cū satis magna p̄ facultatibus suis classe Ptolemaidē p̄fectus, Téplariis psuasit: vt ei sacri Regni diadema redderēt, qđ ipsius maioribus Almericoq̄ ademissent. Quā rē Carolus moleste tulit: & vetigalia q̄ sub ipsius ditione Téplariū p̄cipiebāt, prouētusq̄ agrorū fisco suo inferrī iussit. Helpis Aegyptiorū Imp̄ator filiū Melesaitin dū nostri nihil in cōmune cōsulūt: ad eā urbē recipiēdā anno eius: seculi nonagesimoprīmo misit. Tāta erat bellatorū multitudo, tātū studiū: vt mira celeritate ingētia opa effecerint: quibus nostros in iustā obsidiōnē cōpulsos terrerēt, eruptioneq̄ phiberēt. Cuniculos inītiō agebāt: vbi vero hi trāsuersis nostrorū cuniculis excipiebātur, cęcas fossas ducere desiuere: machinis admotis muros quatiebant, fundamenta cōuellebant, specus ingentes deprimebant, aperiebantq̄: qua peste nō parua pars mœniū magno fragore corruens, late stragem fecit. Nec nostri segniter se tutabātur: interdū strata, noctu reficiebant. Spes salutis ostētata interim fuit, morte Aegyptiū Imp̄atoris nunciata: sed ea & breuis, & vana, q̄ filius tantī exercitus dux, cōti-

nuo Sultanus saluatus est: & milites maiore virtute receti eius Imperio prestabant, quam sene patre Sultano, eoque absente, prestissent. Benignus Magister militiae Teplici egregie communem salutem tutabatur: ubi sagitta venenata ictus interiit, animi latinis cecidere. Patriarcha, Cyprusque Rex, & quos magis salutis quam decoris cura tangebatur, noctu naues conscendere. Cum procul ab hoste abessent, ac Cypro appropinquaret, exorta sequa tempestate, prope omnes fluctibus obruti. Ita qui ferrum euitarant, ignaua morte periere. In vrbe duodecim millia remanserant obsessi, oppugnati, sauci, fessi malis presentibus, perculsi futurorum metu, deserti a suis: victi, expugnati, capti, ceteri ad unum omnes sunt. Nec in mortales modo atrox Barbari victoris ira sequit: publica priuataque aedificia, templa superum euerfa: refossa fundamenta, ne indicium vllum euerse, ne momentum vrbis extaret: locus etiam ruinarum strage cumulique liberatus, vt nudum solum arandum serendumque restaret. Hic finis sacri belli statui potest. Nomen quidem mansit: ferrum aliis bellis strictum. Anno antequam in oriente amitteretur Ptolemais, mortuo apud nos Reginaldo Comite Luceburgensium: controuersia inter eius filios, tres iuerant, & Ioannem Ducem Brabantie exoritur. Iuuenes iuraque gentilitia Comes Geldubensis, agnatus tegebat: tota ex Germania iuuentutis proceribus excitis. Franci Ducem Brabantinum socium amicumque, ac cuius soror Regina Francie (vt ostendimus) fuit: cuius filii per patrem fratres Regis Pulchri essent, copiose iuuabant: causam veterem, ac iura cognationis in Luceburgensi causa persequentem: quo nomine illius Comitatus nobilitati iunctus, se potiozem esse coterdebat, quam vel ipse Comes Reginaldus fuisset. Propter Rhenum signa collata prima luce sunt: in sera nocte plium tenuit, crebris congressibus receptibusque: vt vires lassitudine hos illosque deficiebant, vt redintegrabatur: modo cōsenescēte, modo recalescente certamine: nobilitate tamen vtriusque aciei pugnante. Magister equitum Francorum a Brabantino stans, tandem victoriam tulit: mille quingentis omnino equitibus vtrinque desideratis, paulo pluribus hostium quam Francorum. Occisi sunt tres Comitis filii pro quibus hostes pugnabant: captus est Geldubensis ferro dimicans: comprehensus etiam Potifex Agrippinensium: Luceburgenses in potestate Brabantini reducti. Oblivio cognationis, communiumque maiorum pectora in plio cepat: posita animorum coterione in causa non perspicua in iure controuerso, respectus Numinis, religio animi, memoria propinquitatis valuit,

peruicitiq; vt res Marte iudice diiudicata, pignore necessitudinis iu-
geretur: Filia ducis Brabantini Henrico filio Henrici: qui filius Re-
ginaldi Comitis, cum duobus fratribus in acie ceciderat, nupsit, do-
ti ascripto Comitatu Luceburgensi. Geldubensis, Pontifexq; precio
redempti. Henrici nomen ingens erit ac augustum. Hos motus bellu
Anglicum excepit. Secundum captam Ptolemaidem, Legato Roma-
no circueunte piorum vrbes, excitanteq; ad bellum sacrum redinte-
grandum: delectum habere, classem parare, cogereq; Anglus cepit.
Naues Anglice ex ora Normanie preedas egerunt. Misit Pulcher
Rex ad res ab Anglo repetendas: non reddebantur: dies ei dicta, vt
qui se Comparem Francie, Beneficiariuq; & Aquitanie ducem pro-
fessus, in verba Franci Regis iureiurando adactus esset, causam maie-
statis, vexateq; populatione Francie, diceret: non affuit. Arnulfus Nella
Magister equitum in Aquitaniam missus, Burdigalam vrbem Vasco-
nie principem de Anglo cepit: & ceteras omnes vrbes arcesq; in fide
rediere, preter paucas validis Anglorum presidis infestas: & haru
alias Magister equitum, alias Carolus Valesii Comes, diuersi oppu-
gnabant. Interea mortuo Nicolao Pontifice, summa sedes duode-
triginta menses vacauit. Sub quod tempus decessit Michael Paleoa-
logus Cesar Grecus: quem ob restitutu suis ingens nomen, Magnu
vocatatum inuenio. eundem q; concilio Lugdunensi Grecam eccle-
siam subiecta Romanę sedi professus fuerit, Greci sacerdotes mor-
tuum arcuere sacra sepultura. Andronicus filius successit, ad vestem
inconsutilem Christi, germanitateq; animoru religione seruada pro-
nior: sed damnata a popularibus magni alioqui patris memoria de-
territa, i potestate autoritateq; suoru fuit. Decessit & Rhadulphus
Latinoru Cesar. Germani proceres delegerunt Adulphum Nassie
Comitem. Is cum Anglo Rege foedus icit: societateq; armorum in
Francos iunxit: & Anglus ia ex professo Francoru hostis, non foede-
re modo: sed & affinitate Flandrie Comitem Vidonem, & Ducem
Ambaru Ericem: sibi deuincire cotedit: huic filia collocat: illius filia
in matrimoniu sibi clam petit. Sensit id agi Francus: & anteq; re pa-
lam factam Flandrus sentiret: eum Pulcher Rex: virginem Ioanna
Regina Lutetiam per causam celebrandorum frequeti procerum,
illustriuq; foeminaru coetu ludoru, conuiuioruq; euocarut, e licuerut
q;. Puella cu virginibus aulicis apud Reginam educari coliq; coepta,

*Dux Brabant
Victor in bello
Luceburgensi
p. 101*

paulo post decessit. Pater initio diligenter asseruatus, deinde remissiore cura custodū domū elapsus, ex professo Pulchri hostis effectus est. Cū iam Erix Ambarus Angli gener Campaniā depopulari ausus, repentina excursione vastitatem inferret, Nobilitas eius regionis bellis assueta, eum trepide redire domū coegit. Sub quā tempus alia quoque parte res gerebantur. In Aquitania Carolus Comes Rionem maritimū oppidum fiducia presidii Anglici Imperium detrectantes oppugnat. Egregie se tutabantur trahebaturque res, ac tēpore terebatur nullo effectu. Victoria de aliis hostibus parta hunc hostem fregit. Magister equitum, Ponteseium obsidione clausit. Erant in presidio Vascones Anglique sentiebant se diu tolerare vim Francorum non posse: clandestina pactioe incolumitatem Anglis concedens, illos desertis sociis, abire permisit: receptoque oppido Vascones victos Rionem duxit: ac pro portis obsessi oppidi sublimibus furcis suspendit. Id triste spectaculum metū cōmunē: mutuāque diffidentiam inter hos item Vascones Anglosque qui obsidebantur, iniecit: utrisque metuentibus ne ab alteris proderentur. Seditioe orta: Franci oppidum intestinis malis agitatū capiūt: Ioannes genere Britannus: Prefectus presidii: & ab Anglis & a Vasconibus impetu facto, perimitur. Ipsi dū naues, quę in portu stabāt, certatim conscendunt, trepidantque: a Franco magna pars interempti. Exin Fanū Seuerę obsesum tres continuos menses: tandem fame coacti, incolumitateque pacti: deditioem fecere. Superuenit & tertius Dux, Robertus Atrebas: que & Angli maiore conatu gerere Aquitanicum bellum statuebant. Edmondus frater Eduardi Regis, cum noua classe ex Anglia profectus: Baionam tenuerat. Expositis copiis, cum Francis, ut fortunam experirentur, aduenientibus: signa contulit: Vicit Atrebas, compulsis intra oppidū hostibus. Edmondus Baionę decessit. Eduardus ad Adulphum Cæsarem septuagintaquinque millia pondi argenti misit, ut milite conducto, se Vidoni Flandro associaret: iunctisque copiis in Franciam arma ferret. Atrebas anteuertit, Flandriam ingressus: Insulam metu recepit. Pugnatum etiā acriter collatis signis: sedecim millia hostium a Franco fusa fugataque, ad tria millia cæsa: capti aliquot proceres: in quibus Hilermus Iuliaensis: & Erix Comes Bellomontanus. Rex Anglus classe oram Flandrię maritimam tenuerat: Furnas iter habebat. Certior dein

de factus, ipsum Regem Pulchrū cū proceribus iuuentutis, omniq; nobilitate aduentare, Gandauū flexit: quo & Vido Comes cōcessit. Furnę ac Brugę Pulchri fidei se permisere. Adueniens ex Italia Carolus Claudus Rex: peruicit vt inducię inter duas nobilissimas Regias Francicā Anglicāq; in bienniū fierent. Secundū duodeviginti mensiū interregnū Purpurati patres Pontificē maximū delegerāt: Petrum Brutiū montis Muronis loca sola secessusq; colentē, ac celebritatē fugientē: Vir qui lucem purpurāq; ignorasset: iis qui eum gnari prudentesq; delegerant, visus mox est non esse personę Pontificię ferendę, corruptissimis temporibus. Vir sanctus & dignior nascente, q̄ consenescēte Christiana pietate: facile adductus est a Benedicto Anagnino Cardinale, vt Pontificatu abiret. Nemo tā cupide accepit summū decus, q̄ ille deposuit. Cœlestinū nomē ediderat, duodecim patres Purpuratos creat, maximā ptē Frācos, Carolo Regi gratificatus. Sedit mēses sex. Sufficit Anagninus, Priuatus is Benedictus fuerat: Pōtifex Bonifacius esse voluit. Cœlestinū eremū repetētē retrahī & custodiri iussit, gnarus eius nomē sanctū esse mortalibus: motūq; aliquē exoriri posse. Ludouicū Pulchri Regis auū i superos memoria sacrata retulit. Cōciliasse quoq; visus est, pacē inter Frācos Tarraconēsesq;. Obiuerat Alphonfus Rex Tarraconēsiū: Iacobus ei⁹ frater fessus Siciliēsi bello, cupidusq; Tarraconēsis Regni morte fratris vacui festa pace potiūdi: authore Bonifacio fœdus icit his legibus, vt Siciliā Carolo Regi habēdā relinq̄ret: eius filiā Adelā duceret: redderet obsides. Inuicē puinceret Carolus Rex, vt tandem Comes Valesi cederet iure qđ Martinus Pontifex illi in Tarraconēsiū Regnū esse sanxisset. Obsides redditi. Carolus Comes nō cessit spei iurique suo, nisi magna re locupleteq; p̄mio. Nomine dotis habuerat Comitātū Andegauensem, nunc socer Cenomanos etiā ei dedit: vt (qđ & factū est) Iacobo restitueret ius, quo a Martino Pontifice donatus fuerat: decederetq; repetēdi Tarraconēsis Regni actione. Iacobus Tarraconē lōgo ex t̄pis iteruallo reuertit: Rexq; ab oib⁹ salutatus, coronatusq;, cōgratulātibus etiā Frācis. Pax vbiq; Frācis, p̄ti victoria, p̄ti fœdere parta videbat: nā & Anglus maiorē sororē Frāci Regis cœlebs duxit, reddita ei festis nuptiis Aqtania: cū idē orbis repetit⁹: renatūq; Siciliēse bellū. Iacobo ex Sicilia ad capešsedū Tarraconēse Regnū p̄fecto, Siculi velut ex cōposito, armis publice

corruptis, mœnia, fines, orã maritimã custodiũt, ne in potestãtẽ Frã
corũ recidant: simul Fœdericus reliquus Iacobi frater, classe in Sici
liã ex Hispania vectus: ab illis cupidissime recipitur: Rexq; salutat.
Id fraude factum videri poterat: nec aberat suspitio ita inter fratres
cõuenisse. Bonifacius Iacobum ad causam dicendã venire iussit. Af
fuit ipse, materq; Cõstantia, magno natu. Ille nihil a se dolo factũ cõ
tendebat, fidẽq; se facturũ innocentie: ac in fratrem cum ipsis Fran
cis pugnaturum. Classe certatũ est. Quadraginta longẽ naues Fran
corũ erant, triginta Iacobi: sexaginta Fœdericus habebat. Non pro
cul a freto pugnatum. Vicit Francus adiuuante in pugna Iacobo.
Fusi fugatiq; hostes: Ludicrum certamen visum. Nauis ex qua Fœ
dericus pugnabat, capta: ipse scapha exceptus euasit: locũ tempusq;
fugẽ dante (vt fertur) fratre. Victorie gloria ingenti, fructu nullo.
Frãcis visum tutius Iacobum eiusq; auxilia dimittere, q̃ eo socio in
preliis uti. Bellum igitur illud intermissum. Anglus Francusq; fœde
re ac affinitate iuncti: in perniciem Adulphi Cæsaris incubuere. Fran
cus q; vt se armis oppugnaret, pecuniam acceperat. Anglus, q; fi
dem non seruasset, ac multo multoq; minores q̃ conuenisset, copias
Flandrico bello misisset: nec se cum illo ad Brugas, anteq̃ in potesta
tem Francorũ venirent, ex cõposito iunxisset. Ad hoc procères Ger
mani sordiũ & pfidie eũ damnarũt: q; & a Rege in Regẽ auro cor
ruptus fidẽ nõ coluisset: iureq; Imperii ei abrogato, Albertũ Austrie
Ducẽ Rhodulphi Cæsaris filiũ Cæsare deligũt. Is cũ Frãco Angloq;
fœdus fecit, ab illisq; & auro & milite adiutus in acie Adulphum in
teremit: affinitate etiam cum Francis iunctus. Minorem sorore Re
gis Pulchri Fœdericus vxore duxit noui Augusti fili. Anno salutis
millesimo vndetrecetesimo Carolus Valesii Comes Flandria cũ exer
citu repetita, quicq; superiore bello reliqui fuerat qd̃ nõ caperetur:
tunc partim vi, partim metu recepit. Vido & ab Anglis & Germa
nis desertus, cum tutandĩ se suaq; nulla spes ei ostenderetur: cũ duo
bus filiis Roberto ac Hilermo se Carolo pmisit. Lutetiã missi, appo
sitis custodibus asseruandĩ. Tota Flandria Francis parebat. Pulcher
Rex, Regio comitatu celebritateq; eo se cõtulit. Exceptus est magni
ficentissime apparatissimeq;. Venerabundi omnis generis, cuiusq;
ordinis mortales cum liberis occurrunt: mœnibus admisere, faustis
omnibus, letis acclamationum vocibus plausibusq;, ac effusissimis

studiis, immodico gaudio patefactis templis, hymnosq; concinentibus, campano tinnitu, ornatu viarum, arearumq; ludis festis, matronis virginibusq; cum amplissima veste mundoq; prospectantibus, speciosissimis, magnificisq; rebus expositis. Nec domesticis modo publice priuatimq; studiis: hilaritate, festiuitate, sumptu, cultu, ostentatione certabant inter se Flandri: vt recenti deditioe Regi Franciscq; voluntate suam, animu, fide, obseruatiãq; illustri testificatione probarent: sed ad rumores famamq; longe lateq; peruulgatam noui insolitiq; apparatus, excita finitimarum ac paulo remotioru gentiu iuuetus, suu queq; in morem exulta cofluxit. In primis ex Anglia, Germaniaq; p multi pceres honoris gratia aduenere. omnis ex propinquo nobilitas prelo affuit: militariu equestriuq; certaminum simulacra comissa, pmiãq; victoribus data: nihil honoris officiuve excogitari potuit, qd tuc fuerit ptermissum. Nunq Fladria amatior, obseruatiõq; Frãcici nois visa. Sed effusam sepe letitiã tristes & aduersę res excipiunt. Nũc nihil amatius, mox nihil ifensius. Lutetiã reuertit Rex. In Fladria Regius prefectus ipse nobilis locuplesq; nobilitate Fladricã locupletioresq; colebat, minore humillimeq; plebis cura. Immunib9 splendidissimis qbusq; plebs grauitate tributoru coquebat. Cõtrouersia quoq; exorta est inter diuites tenuioresq; opifices artificesq; ac humillimus qsq; mercedes ac pãcia laboru, oparu, ministerioru aliquãto liberaliora cõstitui sibi ab optimatibus suis postulabant. Nec hoc impetratũ. Id tã dolẽter latũ, vt simul in primores suoru Frãcosq; vim pararet. Brugis audacię initiũ ortũ. Ea in vrbe plebis hoies Petru quẽdã humillima statura senẽ, q; textrinulariã faceret, altero oculo captũ, e carcere, quo ob liberiorẽ, & in causa plebis nõ infacundã, vt in illius gẽtis questusq; hoie, linguã, eũ Regius prefectus coiecerat: rapiunt, eoq; duce, ac Břidano Ianio, audacia & viribus corporis insigni cedẽ Francoru & suoru pcerũ facere conant. Vbi vero se illi ferro egregie defendebãt, veriti ne pœnas audacię darẽt: magna pars secessionẽ faciunt, Dãmũ & Ardiburgũ & Malã oppida vicina inuadunt, ibiq; cedẽ Regioru, nobilitatisq; faciunt. Qui Frãcoru Brugis presidebant, tã repẽtino tãtoq; tumultu exorto, auxiliũ ab Rege petunt. Ea puincia cũ mille quingẽtis eqtib9 demãdata est Iacobo Comiti Fani Pauli. Proficiscebat, credebãtq; suppliciu de fontibus sumpturus, Plebs q; Brugis remãserat & ipsa capiti suo

L

extrema metuens, coniurationem clam cum extorre fecit. Noctis silentio quæ diem aduentus Iacobí excepit, cum Franci per hospitia diuisi quietem caperent, qui secesserant ducibus Petro ac Briano, a consiliorum conatusq; sociis intra moenia recepti, truci clamore sublato, cuncta terribili tumultu formidineq; implent: simul quem quisq; plebeius Francum hospítio acceperat, quiescentem circumsistit, necatq;. Nobilitas vero ipsa, quoscunq; Regiorum possunt, excitatos incolumes præstant: sternere frenareq; equos exclusi tempore non poterant. Viq; quoq; continuo a plebe, transmissis cancellatisq; trabibus interseptæ. Iacobus Prætor fide virtuteq; hospítis nobilis viri cum paucis integer illæsusq; effugit: reliqui occisi. Ita plebem suam recenti cruore madentem furentemq; nobilitas sibi quoq; timebat, horrebatq;: sed cæde Francorum satiata, nihil præterea in quenq; durius statuit: & illi ne strictis semel ensibus, dulcedineq; sanguinis captis animis, in se sæuiretur: nihil eis petentibus denegarunt. Nobilitas popularis esse cœpit. Philippus etiam Vidonis Comitís filius, cum munere Caroli Regis in Apulia magnis opibus, magnoq; oppidorum dominatu pollens potensq; esset, ea omnia Carolo Regi reddidit: vt ab omni eius munere beneficioq; liber, patriæ quam posset opem ferret, ac in Francos pugnaret. Magno in motu res erant. Pulcher Rex ad octoginta millia bellatorum coegerat, suometipsius ductu imperioq; illud gesturus bellum. Excidium Flandriæ minabatur. Anglus Flandros texit. Eduardus enim ita Franci Regis amicus erat, vt tamen Flandros euersos nollet. Proinde simulatione Charitatis misericordieq;, vxori: o mea (inquit) fratris tui incauti capiti pestem propinquam metuo: a quo enim minime suspicetur, domesticis insidiis hosti miser proditur. Credula anxiamq; de fratre muliere, hoc celeriter Pulchro enunciat: Ita Rex nemine nominatim a sororis nunciis insimulato, omnium eque fide viliore suspectaq;, cum iam in Aduaticos peruenisset, causatus hyemem appropinquare, ac beneficio temporis anni, cum virtute nõ possent, se hostes tutaturos: re infecta ipse domum cum longe maxima exercitus parte rediit: præsidis, vt quisq; postulabat locus, relictis: ne hostes excursiones impune in Regiæ dititionis fines facerent, prædasq; abigerent. Anno salutis millesimo trecentesimo
a Carolus frater Regis, idem Valesii, Andium, Cenomanorũ, Comes

a superiore matrimonio celes, vxorē duxit Balduini iunioris Græcorū Augusti ex Philippo filio neptē Caterinā, ac Romam ad indictā a Bonifacio Secularē, lustralisq; iā anni celebritatē (iubileum vocāt) cū puenisset: cōtēdebat vt loceri iure Augustus diceret, pollicī tabaturq; Frācos in Asiā arma relatuos. Gaudebat Bonifacius se pōtifice sacrosanctū bellū iterari: promittereq; ob id visus est Carolo Imperii nomen insigniaq; iussitq; ei q̄maximas posset copias ad id bellum e Francia exciret. Anno igitur qui sacrū insecutus est, Carolus Comes oēm ditionis suę nobilitatē in Italiam euocauit: quę cū in Etruriam peruenisset, eum & Bonifacius Diui Petri patrimonio præfecit, & Etrurię factiones in se verterunt. Vt apud antiquos Venetę Prasinęq; factiones ludicris certaminibus circēsiibusq; celebrabantur: ita tunc parum malorū videbatur in Guelforū, Gibellinorūq; partibus nominibusq; nisi rursus bifariā diuisi, ac in cōtraria studia abeuntes, intestinis odiis, armisq; inter se contendissent. Alii eorum Albi, alii Nigri vocabantur. Aegræ affectęq; res erant, tamen non tam deploratę: quin essent aliquot optimates qui communi salutī consultum vellent. A Bonifacio optimates Florentini per oratores petiuere, vt ad se Purpuratum legatum pacis inter eos domesticę componendę causa mitteret. Missus est Cardinalis Hostiensis, qui sanctitate nominis iras sedaret. Opus erat & Regię nobilitatis viro, qui maiestate permoueret: ne dimicantibus qui domi erant inter se, occasio exulibus redeundi domum, daretur. Francus cæteris bellis assuetus, ciuiliū contentionum ignarus, a Florētinis hoc statu rerū apparatissime magnificeq; exceptus, quatuor menses apud eos egit. Ex Etruria in Calabros duxit, q; Fœdericus Tarraconensis Philippum Claudi Regis filium, classe in Siciliam incaute euntem interceperat: Calabrosq; receperat. Adueniente Carolo Comite, potestatemq; pugne faciente, fortunam prælii experiri noluit. Franco recuperatis Calabris in Siciliam traiecturo, leges accepit: reddidit Philippū: fidē iureiurando dedit, se deinceps Italia continentī tēperaturū. Pignus affinitatis accessit. Nupsit ei Leonora Claudi Regis filia, dictis his legibus, vt Pontifex maximus, Claudusq; Rex eū iuuarēt in Sardinie Regno acquirēdo, quo ipso aut alio quoq; parto Sicilia Frācis cederet: eā interea dotis pfectitię nomine obtineret. Hęc cōditiones tandē vanę euasere, nec binę nuptię quicq; p̄fecere. Caro

lo Comite in Franciã a fratre Rege bello Flandrico reuocato: Claudus Rex Nuceros Saracenos adhuc superstitioni Maumethicæ deditos, optabat pios effici. Quæ Cõradini bello descuiissent, duplex illis vectigal quæ quatuor piii, iidemque veteres ciues Nuceros pederet (mixti enim incolebant) imposuerat: ac deiceps seruorum prope numero habuerat: tamẽ industria frugalitateque ad maiores diuitias puenerant, quæ cum gratia auctoritateque apud Manfredum Regem, Fœdericumque Cæsarem valuissent. Tunc iussi Christum agnoscere aliquot lauationem sacram petiuere: ceteri contentione animi peruicaces, ne seruilibus quidem cruciatibus cogi potuere, ut utriusque salutem suam consulere. Pace illa Italię parte in presens composita: aliquot Emporitanae aliarumque promiscue gentium naues, bello viuere assuetę: Rogerium Templarium sibi presciant. Ex Apulia in aduersam oram transmiserunt: Salonaque expugnarunt ac diripuere. Mare infestum, litora que faciebant: undique prędas agebant. Piraticum bellum erat: ac ne illud quidem, ut (quod facere nobiles latrones solent) Duci suo parerent. Rogerium occiderunt: nec eum tamen, sed cum nec iustum nec iniustum pati possent imperium: alios atque alios creabant, occidebantque duces. Et, quod mirum sit, sublata imperandi parędique disciplina, duodecim tamen annis hoc bellum tenuit: cum viginti omnino triremes, & aliquot minora nauigia ipsi haberent: sed consociantibus se illis etiã exulibus Grecis. In terram Atticam igitur delati, Athenarum Ducem Brene nobilitatis virum occiderunt, urbemque ceperunt: & in Peloponnesum retroacti eam occuparunt. Occisique Francos pperibus, quæ ea magna ex parte potiebantur illorum domos, uxores, opesque, sibi vendicarunt: locumque sibi eum domicilio delegere: in mores finitimorum paulatim abituri, prędonum tandem deposituri. In Asia Tartarorum opes rursus igentes erant. Cassanus Scythas Persas deuicerat: eosque in ditionem redegerat. Armenii Regis filiam in matrimonio habebat: religioneque nostra erat. Pulso Aegyptiorum imperatore, Syrię iura dabat. Cum defectio Persarum, reuocaretur: oratores ad Francum Regem, Bonifaciumque Pontificem Maximum, misit, cum latinis pperibus fœdus facturum: ut cõi aio consilioque, sacrum Regnum recuperaretur, & a Barbarę religiois vi tegeretur. Bonifacius rursus amplum, magnificumque sibi existimabat: se Pontifice recipi, quæ superioribus Pontificibus amissa fuissent: a Franciã litteras ad Pulchrum Regem de bello sacro redintegrando dedit (ut ferunt) imperiosas: ac nisi continuo pareretur, minarum & sub

minis plenas. Quod satis constat, Bonifacius Apameam prouincię Narboneñ. eodem quo alię in Asia vrbes nomine, sed tunc contri-
butum Dicecesi Tolosatium oppidum, ciuitatem esse iussit: suumq;
illi Pontificem, ac sedem dedit: vt domi haberet, a quo sacra iura pe-
terent. Annales Francici tradunt Episcopum Apamensem solitum
fando male sentire de Rege Pulchro, eumq; verbis allatrare: Regē
ad se illum euocasse, tradidisseq; velut in custodiam Archiepiscopo
Narbonensi, vt de eo se consulto statueret. Bonifacium id indigne
tulisse: misisseq; ad Pulchrum Regem Archidiaconum Narbonen-
sium (is ciuis Romanus erat) qui Pontificem Apamensem dimitti
iuberet. Edicto etiam proposito iussi sunt a Bonifacio Pontifices Pa-
tresq; Franci ad concilium certam in diem in Urbem Romam con-
uenire. Venuit Pulcher e Francia discedi. Maiore accensus ira Ponti-
fex, Philippum Regem Francorum nominatim execratur: q; dice-
ret eum in Episcopum manus iniecisse, ac bona sedium vacantium
fisco suo inferre, iusq; sacrarum vestiturarum sibi arrogare. Adde-
bat, id quod omnibus permirum fuit, Regem Francię non sacro
modo Pontificioq; iure Pontificem Romanum, vt animorum pa-
rentem oportere obseruare: sed ciuili iurisdictione, profanaq; re, ac
causa, & dominatu Principem authoremq; agnoscere. Simul scribe-
bat se Francię proceres soluere fidelitatis iureiurando, quo se Pul-
chro deuinxissent: ac ei ius Regni abrogare. Harum rerum frequē-
ti Procerum Patrumq; Francorū coetu enunciandarum munus Ar-
chidiacono mandarat Pontifex: diplomaq; vt id sacrum monimen-
tū foret, dederat. Pulcher Apamensem dimisit: Diploma prius q̄ co-
actis ad id Lutetiam Patribus recitaretur, raptum Atrebas igni de-
dit, faceffere Archidiacono procul iusso. Ipsi Bonifacio domi pericu-
lum conflatum. Cum Columnis proceribus bellum gessit: siue (vt
nonnulli ferunt) q; superbia execrabiliq; odio partiū, eos Gibellino-
rū duces euertere conaret, ipse Guelforū studiosus: siue iniuria in-
dignitateq; lacessitus, q; Columnę splendore nobilitatis ac opibus,
etiā Pōtifici formidolosis freti, Bonifacii Anagnia, vnde ortus erat,
se cōferētis, impedimēta ingētēq; vim auri diripuissent: vrbesq; iuris
sacrę ecclīę, in qb; Preneste, Nepeteq; occupassent. Petro, Iacobo
q; Colūnis Cardinalibus ius pilei rubri decreto Pōtifex abrogauit.
Quo nihilo seci⁹ illi vti pseuerabāt: sollicitabātq; oēs Reges Ducesq;



vt a Bonifacio desciscerent: q̄ malis artibus Pontificatum a sancto viro Cœlestino extorsisse eum dicerent. Præterea impię hæresis, cædisq; incusabant: Tandem Pontificem eum esse inficias ibant. Tunc multo maiore odio in vniuersam eam nobilitatem exarsit: nihil ad eorum excidium non moliebatur: illorum secessionem impietatis arguebat: ac veluti schismatis authores damnauit. Cæteri Columnæ quibuscunq; potuere latebris sese abdiderunt: Stephanus in Francia tectus cultusq; fuit. Promississe quoq; Pulchrum Bonifacio sexaginta millia aureorum (sed dissimulatur causa) quæ numerata nō sunt, constat. Hilermus Tornacensium Pontifex, author est Bonifacium ius dedisse Regi Pulchro ad belli necessitates pecunię etiam a sacerdotibus cogendę: idemq; ius eundem mox abrogasse, sacerdotum querimoniis permotum. Existimatio igitur cuiq; libera sit, vnde conceptum odium. Interea Flandri cum exploratum haberent in se bellum a Franco parari, Atrebatiq; Flandriam prouinciam a Pulchro datam: ne aduersus nobilissimum virum magnorum Ducum nomine carerent, Vidonis Comit̄is sui apud Francos captiui, filios duos, Philippum ex Italia regressum, Vidonemq; Sauarensium principem, simul & Hilermum nepotem ex filia Vallisrheni Comit̄e Duces belli deligunt: q̄ eos dolore domestico in Francum incitatos nō dubitarent. Hi temporibus obsecundantes plebicolæ facti, Petrum in cohortem amicorum recipere non erubere: eumq; Balteo donare. Lanii nomen obscurius fuit: adeo linguę q̄ corporis vires nobiliores extitere. Omnes præterea in futurum bona spe implentur. Nūq̄ Flandrica plebs optimatibus Comitibusq; suis dicto audientior: nunq̄ illi in plebem indulgentiores extitere: inter se æmulatione fidei virtutisq; certant. Contra, maiore animo iraq; q̄ consilio armatur Atrebas, velut in ignobilem & millies deuictam gentem, inuictos Francos pugnatos ducens. Ad Curtracum dimicatum est. Hostes castris locum delegerant suapte natura tutiorem: ac egregie munierant. Conspecto hoste, impatiens moræ Atrebas, copias explicat: aciem instruit. Vbi nihil a Flandris mouetur, subire ad eorum castra signa iubet: ac vel vi irrumpere, vel elicere ad pugnam. Contra, Reginaldus Nella Magister equitum Atrebatem dehortatur, ostēditq; in certā perniciem iturum militē: ac vt hostis manum nō admoueat, locū ipsū se defensurum, & pestem contranitibus

allaturū. Implacabili odio in Flandros semel certamine animi suscepto, furebat Atrebas, ut infensus, ita & iniustus: & non multo ante Hilermi fratrem prælio captum, atroci custodia, indignitateq; interemerat: eiusdem Hilermi filiam in matrimonio Reginaldus habebat. Igitur Atrebas sanum consilium danti Reginaldo, proditor (inquit) non fallis: vxor tua soboles Vidonis Flandri Comitis pluris tibi q̄ tota Francia, salusq; ac gloria communis est. Simul cæterorum qui pugnam dissuadebant, ignauia increpitas: latentē metu hostē extrahere ad præliū, vel nō repugnantē cōficere iubet. Reliqui Duces Regiē nobilitatis viro, inclemens responsum reddere nō audebant. Reginaldus quoq; grauiori probro laceffitus, nihil aliud respondit q̄ manu se verba ignominiosa cōfutaturū: & quando Atrebas perire ipse, trahereq; lecū in excidiū oīa velit: se ante signa iturum. Nullam maiorem amentiam imprecarī hostis Regiis potuisset. Atrebas furore, Reginaldus indignitate perciti, castra hostium præaltis fossis, & iis aqua (quando natura loci ita ferebat) repletis, aggeribusq; munita, equis etiam insidentes adorti, superstante munimentis hoste, ac alia manu subinde erumpente: simul suomet ipsorum tumultu insignē cladem accepere. Duodecim millia Frācorū, atq; horū (ut nōnulli scribunt) equitum cum nobilissimis ducibus periere: in qbus Reginaldus. In corpus Roberti Atrebatī etiā exanime sequitū. Illud quoq; spūs hostium auxit, q̄ a Pulchro dimissus e custodia Vido senex, si suos tāto ex interuallo reuisens, & ipse moueri cōspectu suorū, & mouere charitate sui posset: ut spe veniē impunitatisq; in fidē Regis, posito furore, redirēt, iuit solo iureiurādo reditus, nisi pmoueret, fide oppignerata: rediitq; in custodiā re lfecta: pauloq; post obiit. Pulcher Comitātū Atrebatīū Othoni Burgūdię Comiti, q̄ is in matrimonio haberet Mathildem Comitis Roberti Flādrico bello cęsi filiā, attribuit: reclamāte adolescētulo Roberto, eiusdem Roberti ex Philippo filio ante obitum patris defuncto, nepote. Audebant etiam Flandri Annoni Comiti bellum inferre, q̄ Holandiam Zelandiamq; obtineret: quas regiones Comitis sui Vidonis esse contenderent. Auxilio Francorum facile Anno e finibus Annoniæ hostes submouit. In Zelandiam bellum mari translatum Francus gerendum suscepit pro socio Comite contra communes hostes: edomari eos non posse arbitratus, nisi terra mariq;

premerentur. Sedecim triremes e Lyguria mercede conduxit, Prefecto Regimerio Grimaldo. Is in Oceanum circūuectus, maritimam oram Flandrię hosti infestā fecit. Tota Flandria in armis erat. Flandri non percussī metu, impigre res gerebāt. In Atrebatū fines excurrerunt: suburbana ēdificia incenderunt: urbem dum tentant, magna cæde repulsi. Ad Fanum Odemari castra moturos eos Franci, qui ei oppido præsidebant: exploratum habentes, duas se in partes diuidunt, tria millia equitum erāt: pars extra urbem loco opportuno, occultoq; sedit: reliqui oppido se cōtinebant. Vbi ferox hostis aduenit, ad certamenq; prouocabat, Curtracēsem victoriam iactans: egressi præliū cōmittūt. In medio ardore pugne affuere qui in insidiis latuerant: qui Franci nobilissimos Reges, imperatoresq; vicerāt, Flādros etiā vicere. Ad quindecim millia hostiū cesa, & alia pugna ad Ariā, octingenti Brugēsium interiēre: ad Tornacū quingenti. Ita deleta est ignominia cladis acceptæ, ac pristinū belli decus recuperatū. Victi erant hostes, sed nondum perdomiti. Tāta clade potius irritati, q̄ terri, q̄ fracti: nouas scribunt copias: alii alios exhortantur ne animo deficient: excitati, refecta q; spe: summi, infimi, proceres, plebei, nobiles, ignobiles, opulenti, tenuiores, egentes, adsunt: iustitium edicunt: tabernæ clauduntur: omnes officinæ, præterq; armorum conquiescunt: cætera opera, studia, artes, intermittuntur, conticescunt, cessant. Arma cupiunt, exposcuunt, capiunt: hostem petunt. Iam Rex ipse, ductu quoq; suo Flandrum bellum gesturus cum magnis copiis aduenerat, ad Montem populeti (id loco nomen est) castra metabatur non procul ab hoste circuudato carris, munitionibusq; se continente: nec sperabat eum in aciem descensurum. Vixdum exarmarat se Rex, quum repentino impetu hostes in castra Regia sublato clamore irrumpunt: tanto terrore iniecto, vt Carolus Comes se fugæ cum non parua manu mandarit. Regem in tanto periculo nec virtus, nec consilium defecit. Armis correptis, suos, vt quęq; nactus erat: a fuga trepidationeq; ad decus voce, exemploq; reuocat. Vbi præter spem hosti resistitur, ac terror resedit, recursumq; vndiq; ad tabernaculum Regis, quo atrox prælium incubuerat: primum æquo Marte pugnari cceptum: deinde nobilitas, virtusq;, ac Regia Fortuna haud ambigue vincere, cædesq; in hostem vertere. Ad sex millia hostium cecidere, Periit & Hilermus Comit̄s Vidonis

nepos. Regiorum desiderati millequingenti. Flandri leges has acceperunt. Infula, Betunia, Aduatici in potestate Regis essent: quoad millia aureorum ducenta, filii maioris Vidonis qui e custodia Francorum dimitterentur, Regi numerarent. Pulcher Rex Lutetiae ad virginis, statuam equestrem posuit: ut id monumentum Regii periculi Numine votoque in ipso discrimine pugnae propulsati, foret. Robertus Comitum stirpis maximus domum e captiuitate regressus, rem Fladricam suscepit: iam Comes etiam Niuernensium salutatus, quod haberet in matrimonio Iolantidem Odonis Niuernensium Comitum filiam heredemque. Is Odo fuit filius Vgonis Burgundiae Ducis, ac Roberti Ducis, cui nupsit Hagna diuini Regis filia, frater. Iam Bonifacius Pulchrum, hostem iudicarat: Franciae sacris interdixerat: Francorum Regnum, velut solio vacuo, iuri ditionisque Imperii, Augustorumque attribuere, adiudicareque, ac addicere se effatur. Quodque ad eam usque diem denegarat, Albertum aliquot ante annis electum, tunc primum Caesarem appellat: eo maiore illius gratia, quod fama erat Carolum Comitem, ut ante palam petierat Orientis Imperium, ita nunc dissimulatis consiliis spem Germanici concepisse. Couenit ut Germanus Pulchrum Regno exuere conaretur, ac Francos ad Imperii venerationem, legesque ab Augustis accipiendas euocare. Extant Regis Pontificisque alternae epistolae utrinque missae, plenae conuiciis mutuis, ignominiosaeque, si modo verae, ab ipsisque compositae, & non confictae ab aliis, quod similis vero sit. Quod constat, contractis Rex Lutetiam patribus, commemorat Bonifacii in se Franciamque noui exempli decretum: sed eum Pontificem maxime non esse, eaque de re cognoscenda sacrosanctam sedem suo Antistite tunc viduam appellare. Ad hoc proceribus coactis, interrogo vos (inquit) cuiusnam fidelitatem praestare ius fasque sit: ac cuiusnam beneficio unusquisque vestrum, oppida, dominatus, imperia, honores habeat? Undique consentiente voce responsum: illius unius se beneficiarios esse: proque eius gloria, imperio, salute, mortem appetituros: memores fidei suae ac Regii culminis. Anglus & ipse sollicitatus in Pulchrum: nihil tamen mouit morbo primum, deinde Scotico bello implicitus. Paulo post Pulcher Isabellam filiam, eius filio item Eduardo despondit, ut Rex sanctorem & suam, & filium in Regnum successuri, florentisque necessitudinem ipse iam senior duceret. Hac temporum perturbatione, miseriaque, neque

hugo
bruno

odo comes
niuernensis

Iolantis uxor
folchi comitis
hs fladricus

terra neq; mari pax vlla erat. Sara Columna irā Bonifacii iā impar fugiens, dum nihil a tanto hoste sibi tutum fidūq; putat, in ora Italię maritima errās, vagusq; a piratis excipitur, ac ad remum datur: ne tam necessario quidē tempore ausus se aperire quis esset: ne generis humani hostes eū Bonifacio dederent, magni proposita præmiū spe. In ora Massiliensi quidā e nobilitate Frācica colloquiū commercio cū Archipirata factō, nauim inuisens Saram antea familiarī vsu in rebus Italicis notū, tunc inter remiges vultu gestuq; fidem suam clam cæteris implorantem agnouit: rē tamen in præsentia dissimulauit. Mox classe permissu Præfectorū cōtracta Archipiratam assecutus: peruicit vt ex vincitorum remigum numero vnus, quem ipse optaret, catenis solutus sibi daretur. Ita Sara liberat⁹, atrox Bonifacio hostis, ac malis exacerbatus: principem Bonifacii opprimēdi locum sibi vendicaturus videbatur. Audacior tamen Hilermus Longaretus Tolosas extitit. Is enim acceptis a Pulchro mādatis, vt appellationem, quam illē in synodo Parisiensi nuncuparat: Cardinalibus, ac si potestas fieret, ipsi Bonifacio effaretur: in Italiam se contulit: atq; in agro Senensi substitit, causam morę simulans q; forte oblata spes esset gratiæ inter Regem Pontificemq; reconciliandæ, ac quoniā mentionem sexaginta millium aureorum versatam ostendimus: ingentem vim auri ad controuersias sedandas sibi mēsariis Petrucii a rege suppeditari. Rex etiam Episcopū Altiſiodorensem ad Pontificem miserat. Miserant & Episcopi, Patresq; Franci cōmunem legationem tres sui ordinis Patres permissu Regis: qui Pontifici satisfacerent, purgarentq; reliquos Patres: q; Flandrico bello retenti in Francia, in Urbem ire iussi, dicto audientes esse nō potuissent. Eam excusationem Pontifex ita accepit: vt a Rege vetiti non prohibiti Flandrico bello viderentur. Nullum tamen suspicatus est Pontifex cōsiliū Regis in se cruentū hostileve: eum tm̄ appellatione subnixum, frētūq; eiusq; enunciandę munus Lōgareto iniunctū ratus. Seruili habitu domū regressus Sara, per factionis suę homines ad trecentos equites Francos: qui ex bellis Siciliensibus, pace facta, alii aliis locis sedebant: Petruciana pecunia a Longareto subministrata conduxit, ac raptim contraxit. Affuit & Longaretus, corruptis pecunia Anagninorū nōnullis: simul cum Gibellinis eiusdem vrbis re composita, Prima igitur luce Anagniam intromissi, clamorem tol

lunt: fit fuga aulicorum, Purpuratorūq; Patrum. Vbi primum Bonifacius se proditum sensit: sacris omnibus summi Pontificatus ornatus insignibus, in solio sacro consedit: Sarēq; cum vociferatione irrumpenti, sed intra linguam sequenti reticuit, Longareto propius accedenti, simul stringenti ferrū, minitantiq; se illū in vinculis Lugdunū pertracturum: vt in Francia e sede Petri deturbaretur: ego (iquit) patienti animo feram qđ sancto pontifici Syluerio vsuuenit. Auus vero tuus Albanæ impietatis conuictus, damnatusq; igne meritas scelerum pœnas Deo mortalibusq; dedit: ne mireris indebitas me impietati tuę luere. Ferunt continuo ferociam omnē Longareti cōcidisse. Appositis tantū Pontifici custodibus, ac edibus direptis: discessit. Triduo post, custodibus dilapsis, ex propinquis oppidis auxiliis cōuenientibus, Anagninis, & qui incorrupti erant, miseratione motis, & qui cum hoste senserant, pœnitētia subeunte: pro salute dignitateq; Pōtificis ab se orti, arma capiētibus: ad hoc ex Vrbe Roma officii causa ingenti concursu, simul qui fuga dissipati fuerant coeuntibus, profectus Romā, trigesimo quinto a vi facta die, obiit. anno eius seculi tertio. Paucorū dierū in terregno creat Pōtifex, Nicolaus ciuis Taurisinus, ex obseruatione Prædicatorū, ac Princeps ordinis. Benedictus dici voluit: quo noīe vocitatus fuerat ante Pōtificatū Bonifacius. Ab eo fuerat creatus Cardinalis, ab eo Legatus in Vngariam cū Carolo Martelli iam defuncti filio, Claudī nepote missus: vt eum, mortuo Andrea Veneto, genti conciliaret, in solio q; collocaret: qua cōmendatiōe, & studiosis Regis Franci, & memoriæ Bonifacii colendę deditis Cardinalibus charus, acceptusq; erat. Nouus Pontifex Longaretum & Sarā, & qui Anagninorum cū eis senserant: cum die dicta non adessent, absentes, sacrę maiestatis, paricidiiq; damnatos, execratus est. Petrū & Iacobum expertes se eius sceleris edocentes in gratiam recepit: ex sanctione tamen Bonifacii rubro pileo vti vetuit, haud dubie Bonifacii apud eū memoria sancta, & actorum approbatione. Regem Francum per oratores purgantem se, nihilq; durius statuisse se, cogitasse ve in Bonifacium, q̄ vt concilium appellaret: nec se authore vim factam, contendentem: ecclesiæ sacrę reconciliauit, Franciamq; interdicto soluit. Sanctus, etiam a Francis, Pontifex habitus, octauo sedis suę mense decessit. Tunc inter purpuratos patres contentio exorta: nec singulorū mo

do, sed & nationum studia exarsere. Gallici generis Cardinales, per multum & numero & authoritate valebant. In gratiam duorum Carolorum Regum complures creati a superioribus Pontificibus, & Bonifacius primis suae sedis temporibus Francorum fuerat studiosissimus. Nunc Franci Cardinales conspirarant, Contra Italici generis patres, & sui memores erant, & vereri poterant, id quod vsuuenit. Alterum iam annum illud interregnum tenebat. Tandem consensere, ut Galli ederent tria nomina, mo in illis nemo numeraretur actorum Bonifacii aduersarius: Itali ex illis tribus optionem haberent. Erat Bertandus Vasco, Pontifex Burdegalensis a Bonifacio creatus: idem a Pulchro Rege animo alieno, quod Pulchri frater Carolus Valesii Comes bello Aquitanico eius propinquos domumque vexarat. Is si a Gallis patribus nominetur, etiam ab Italis cupidissime recipiatur, agnoscatque Pontifex. Sensit id agi Pulcher Rex, reconciliataque cum Vascone amicitia, sui beneficii Pontificatum fecisse dicitur, ac sibi Bertandum tanto munere velut suo deuinxisse. Galli nomen Vasconis edidit, Itali recepere. Creatus consentientibus animis, Clemens vocitari voluit. Purpuratos in Galliam exciuit: Lugduni Pontificatum iniit, tribus Regibus coetum celebrantibus, Franco, Anglo, Tarraconensi: tanto undique concursu studioque: ut nonnulli proceres multitudine mortalium, trepidationeque, ac turba, oppressi obtristati sint: Pontifex dum se conspiciendum tota vrbe circumfert, equo laberetur, tiara excussa, ac amissa longe maximi ex ea precii gemma, Pulcher Rex in periculo versaretur, ruina muri vetustate, onereque superstitium procumbentis. Ioannes dux Britannus oppressus, interiit. Purpurata cohors Pontificatusque septuaginta annos in Gallia manebit. In Italiam tunc primum in prouinciam, atque adeo in ordinem coactam tres Purpuratos legatos cum liberis mandatis misit: eis belli pacisque, ac maximarum rerum ius arbitriumque concessit. Albertum Caesarem Ioannes filius fratris: coniuratione paucorum procerum facta, in traiectu Rheni fluminis ad Scafusam oppidum, e nauicula in ripam egredientem, ferro exceperat occideratque, ab eo cultus educatusque: sed a quo Ciburgum oppidum occupatum diceret: quod morte matris legibus sibi obuenire oporteret. Proceres Germani in deligendo Caesare contrariis studiis scindebantur. Per diu interregnum tenuit, Tandem Henricum Comitem Lucebur

gensem delegere, Continuo id Clemens comprobauit, confirmauit
 q̄: simul nulla dubitatione morave interposita, primam coronam a
 Pontifice Agrippinensiu accepit: ac nequid eius amplitudini deesset,
 iussus est intra biennium in Italiam proficisci, ac alteram & tertiã
 coronam a Cardinalibus, quorum ea puincia erat, accipere. Simul,
 quod nulli vnq̄ Cæsari datum est, id illi vltro oblatum. Ioannes qui
 patrum Cæsarem occiderat: permotus parricidii pœnitentia, Cle
 mentem adiit vt expiaretur, ac quas iuberet Pontifex, pœnas daret.
 Reiecit eum Pontifex ad Henricum, adiret illum, consuleretq̄ quod
 nam piaculum expetendum videretur. arbitrio enim Cæsaris per
 cussorem Cæsaris luere oportere. Iussit eum Cæsar Eremitarũ septo
 clausum: quicquid reliquę vitæ foret, agere. In Italia Pisis diuī Augu
 stini eđi se iuuenis dicauit. Eodẽ anno decessit Carolus Claud⁹ Rex.
 Carolus eius ex Martello maximo natu filio nepos, in Vngaria Re
 gno iure auix inito, iura dabat. Robertus eius adolescentuli pa
 truus in Prouinciam Phocensem, quæ fuerat paternę ditõnis, pro
 fectus: a popularibus Comes Prouincię salutatur. Auenione (quæ
 vrbs ei Prouinciæ contributebatur) sedebat Clemes: ab eo Rex be
 neficiariusq̄ appellatur: coronaturq̄ eadẽ qua Pater, auusq̄, digna
 tione. Henricus Cæsar consilium proximorum Cæsarum vitupe
 rabat: qui per ignauiam, timiditatemq̄ Italiam non fuissent ingredi
 ausi. Id sibi vnum elaborandum: vt ad priscum decus nomen Cæsa
 rum redeat, reuiuiscat, recolatur. In Germania etiam Cæsarum pa
 rente Augustissima, multa secus ac oportuerit, facta, dissimulataq̄.
 Ob vnum Austrię ducatũ quinq̄ Cæsares interemptos: eos Duces
 deiiciendos ex illarum rerum arbitrio, vt ea nobilissima regio Cæsa
 ris tantum imperio pareat. Hoc Henrici consilium, hæc cupiditas,
 non latuit proceres illius gentis: exorteq̄ sunt liberę voces: verendũ
 igitur Cæsari, si pergeret alienas opes appetere: ne sextus Cæsarum
 numeraretur, Austriæ causa interemptorũ. Ita permotus Fœderi
 cum Alberti filium Ducem Austrię appellauit, in verba sua iureiu
 rando adactum: ac iussum apud se Italico bello militare cum ducẽ
 tis cataphractis equitibus, Animo, speq̄, maxima quęq̄ cõcipiebat.
 Filio eius Ioanni, quatuordecim annos nato nupsit Vencellai Boe
 morum Regis, nullis liberis superstibus defuncti, soror: eadem al
 terius Vencellai Regis vita sancti, neptis duodeuiginti annos na

ta. Pius Pontifex author est Henricum Cæsarem vno eodemq; tem-
pore tres exercitus comparasse: vnum duce Petro Pontifice Magū
tino cum filio Ioanne in Boemiam misit, ad illud Regnum dotale ar-
mis recipiendum de Henrico Carinthie Duce, cui altera, atq; adeo
maior Vencellai iunioris soror nupserat: alterum duci iussit in Co-
mites Vittembergenses, Imperio non parentes, fiducia duum & se-
ptuaginta oppidorum, quibus ipsi imperabant, sed vi ad obsequium
reuocati: tertium in Italiam ipse ducturus erat, sperans velut exule
sede Romana Imperii maiestatem sanctius omnes culturos, nec vl-
las leges, munerave imposita detrectaturos: ita se magnorum Cæsa-
rum priscorumq; decus assecuturum. Tantus animus, tot tamq; ma-
gna consilio, prædicatione, conatu, expectatione omnium comple-
xus, ita demum conuertit in se animum Pontificis maximī: vt is (q̄
uis absens) rem tamen Romanam a suspiciendo nomine Pontificū
auerti, & arbitrii prorsus Cæsarum fieri minime patiendum sibi cē-
seret: flagitiosum temporibus Pontificatūq; suo id futurū, sui ad po-
steros memorię sempiternā ignominiam impositum iri: si sacrosan-
ctę potestatis iura, amplitudinēq; a maioribus, tot deinceps iam se-
culis per manus traditam tutari cōsilio, animoq; ac virtute nesciat,
nequeat, non audeat. Arcana Clementis Robertiq; cōsilia tunc enū-
ciata euulgataq; non sunt, exitus docet Henrici spiritus Pōtifici, Re-
gicq; nimios tandem visos: & inter eos conuenisse, ne Italiam paterē-
tur Germanorum prouinciam fieri. Henricus per Amadei Comi-
tis Sabaudi fines ducebat. Cum primum e summo montis vertice
Italiam vidit, dicitur passis manibus, cœlumq; suspiciens deprecatur
esse deum opt. max. ne funestę execrabilesq; factiōes Italię sibi quo-
q; pesti exitioq; forent: simul Comitem ferunt dixisse, illas eo neq; si-
bi, neq; maioribus suis quicq; incōmodi ad eam diem importasse, q̄
se ab eis integros seruassent: incolumem futurum Cæsarem, si ma-
iestatem suam ab illis respiciendis auertisset. Sapiens, fidum, saluta-
re consilium, si audiatur: si Henricus id assequi & facile possit, & in
animum inducat. Sed per ingentes ancipitesq; difficultates euaden-
dum Cæsari nimis memori priscorum Cæsarum maiestatis Pontifi-
cibus formidolose. In animo initio habebat purgare Italiam factio-
nibus: qua re nihil sanctius. Miserat iam oratores ad Florentinos vt
profugos, extorresq; ciues reuocarent: ea erat ingens vis: utq; sibi

Vrbem petenti, Florentiâq; diuersuro, hospitiî Augusti iura officia q; pararent: vt Arretii obsidione abscederent, obsidebant enim, vt suæ vrbis exules ab aduersa factione pulsos reduceret. Hęc mada-
torum ad Florētinos summa erat. Addebant oratores verborū ma-
gnificentiam pondusq; adesse Henricum Cæsarem inuictum, sapiē-
tissimum, opulentissimūq; adducere gentes exteras, longinquas, fe-
roces, vndiq; excitas: quarum vim sustinere nullę acies, nulla mœnia
queant. Responderunt Florentini orationem Legatorū minime sibi
constare, diciq; Henricū Cæsare prudentissimū, qui exteras nationes
ferro accinctas in Italiam adducat: cum summi Imperatores soliti
fuerint Italos in exteros ducere: nec conuenire, iubere exules a Flo-
rētinis reduci, q; vetet Arretinos iniuria pulsos in patriā restitui. De
recipiēdo in vrbem Cæsare, tunc se deliberaturos: cum propius ac-
cessisset. Liberiū responderunt, freti fœdere Roberti Regis, qui ex
Prouincia a Clemente dimissus in Italiam prior trāscendit. Henri-
cus in subalpinas descendens gentes, omnes fere ciuitatum princi-
pes honoris officiiq; causa obuios habuit. Mediolanum duę factio-
nes, vt omnia vbiq; distrahebāt: Vido Turrianus Guelforum, Mat-
thęus Vicecomes Gibellinorum principes: sed tunc Matthęus do-
mo exactus, inopem sollicitaq; vitam agebat. Ad Astam Cæsari ve-
nienti occurrīt: quo ingens vis exulum spe patrię recuperandæ con-
fluxerat. Etiam atq; etiam suadent, hortantur, rogant, vt Mediola-
num, qua proximum sit, contendat. Circuibat enim vrbes, ac deside-
bat, præscribendis colligēdisq; pecuniis in sumptum itineris, & tot
numero militum stipendium. Pergitur Mediolanum. Vido alterius
factionis princeps, certior factus partium studio non adduci moue-
riue Cæsarem, ei obuiam procedit. Discordiæ ciuiles in præsens se-
dantur: exacti domo sine cuiusq; noxa, ignominia, damnove redeunt.
Plena erant congratulatione plausuq; omnia, cum aurum coronari-
um indicitur. Centum millia nūmum aureorum coacta dicuntur,
magna plebis querela: multiq; in vrbe frequentī tumultus exorti e-
greq; sedati. Anno eius seculi vndecimo, die festo Epiphanię, Medio-
lani in diui Ambrosii æde, ferrea corona redimitus est Cæsar. Exin
proximas eius Gallię vrbes circuiuit, partim voluntate, partim me-
tu, maloq; in deditiōnem recipiens. Vicariū suū ad res Mediolanē-
ses procurādas Matthęum creat, & alios aliis vrbibus proceres ea

dem nominis dignatione præficit. Eius regionis rebus compositis, profectus Genuam, tris continuos menses ibi consumpsit: Legatosq; Fœderici Tarraconensis fœdus aduersus Robertum petentes benigne audiuit: Romamq; distulit, ac societatis iungendæ spem dedit. Exin classe quadraginta trirēmium Genuensium, Pisas contendit, prosequente secundum oram maritimam equitatu, maioreq; pedatus parte: agrisq; Lucensium euastatis, q; cum Florentinis sentirent. Minus longa mora Pisis fuit, q̄ Genuæ fuisset. Itum Romam. Ad Petri, vt percupiebat, facultas tercię coronæ accipiendę nō fuit, q; ea regio a Roberti Regis Vrsinorumq; factione obtinebatur. In Lateranēsi templo terciā a Purpuratis legatis coronam accepit. Continuo & aurum coronarium poposcit. Vbi tributū populo Romano indictum est, fremere omnis multitudo, & qui partes Henrici, Columnarūq; secuti fuerant, tunc demum Vrsinis se dedunt. Tumultu exorto, Cæsar Vrbe excedit. Regressus Pisas, dictaq; Roberto die, vbi ea venit, absentem sacri Imperii hostem iudicat, maiestatis damnat, Regni nomen, ius, insignia ei abrogat. Hoc decretum Clemens Pontifex q̄ primum irritum esse sancit, q; nec in locū, quo tutum foret, diem dictam diceret, ac cognitionem causæ, Regniq; summæ sedis vectigalis, beneficiariūq; iuris Cæsaris esse, pernegaret. Iam Fœdericus Tarraconensis ex Sicilia in Brutios transmiserat, Rhegiū ceperat: ingens terror omnes perculerat. Calabri, Apuli, Lucani, Picentini, Campani, ambigua fide agebant: nec populares Regi, nec Rex popularibus fidebat, credebaturve. Henricus alia parte Roberto excidium minitans, Pisis mouet. In itinere morbo implicitus, ad Bonum Conuentum (id oppidi nomen est) substitit: ibiq; superante magnitudinem animi vi morbi, sed non sine veneni suspitione decessit. Germani Cæsare orbatī, Italici belli consilio destiterē. Florentini anteq̄ Augustus obiret, paci domesticæq; concordie cōsulentes, ne oculis capti (quod prouerbii loco iam increbuerat) viderentur: non Germanorum (vt illi quæsierant) sed sui beneficii restitutionem exactorum fecere: ac eos exilio reuocarūt quorū odia placabilia, nec atrox causa foret: & quorum reditus animos ciuium iungeret, non distineret: obliuioq; iniuriarum decreta præstitaq;. Robertus quoq; ad famam defuncti Henrici tanti hostis, longe maxima parte sollicitudinis leuatus, bellum cum Tarraconensi

bus geret. Clemens præ se tulerat acta Henrici minus sibi probata esse, ac si diuturnior ei vita contigisset, rursus Pontificatum cum Augusto nomine decertaturum. Nunc ceteris curis solutus, Pontificia munera obibat. In quinque annos ius decimarum de templorum prouentibus cogendarum Pulchro dedit. Templarum quoque tota Francia comprehensa, ac quaestione habita obscena flagitia, immania de se scelera nefariaque confessi, permulti eorum dicuntur: libidinem nefariam, impiam religionem, se cum Turcis, cum Saracenis, sensisse, a nostris sacris descisse. Damnati quam plurimi, ac uiui cremati. Sunt authores non obscuri Iacobum Burgundionem ordinis principem, cum productus ad supplicium, circumfusa ingenti multitudine, dum pyra extruitur, staret: proposita uitae spe, ac impunitate, si qua in custodia falsus de se suisque esset, nunc quoque confessus veniam publice peteret: huiusmodi uerba fecisse. Ego nunc supremis rebus meis, cum locum mendacium dari nefas sit, ex animo uereque fateor, me ingens in me meosque scelus conscisse uultimaque supplicia cum summo eruciato promeritum: qui in gratiam quorum minime decuit, dulcedineque uitae, flagitia impia, sceleraque ad tormenta ementitus sum in ordinem meum de religione Christiana optime meritum: nec mihi nunc uita opus est precaria, & nouo super uetus mendacium retenta. Exin rogo impositum, ac admotum paulatim igne primoribus pedibus ad exprimendam scelerum confessionem, ne tunc quidem cum reliquo corpore depaesto, uitalia foedo nidore torrerentur, ab huius orationis constantia desciuisse, aut mutatae mentis ullam significationem praebuisse: neque ipsum, neque duos cum ipso supplicio affectos, nobilissimos eius ordinis uiros: quorum alter esset Delphinus Allobrogis frater. In possessionem Templariorum bonorum Regium fiscum iuisse, Rebus mouentibus a fisco retentis, quae solo continerentur Pontificis decreto diuini Ioannis hospitalariis reddita. Authores habeo cum Clemens ordinem Templariorum dasset, munusque fontes in Germania ex decreto sententiaque lata plectendi, ac lege agi iubendi Archiepiscopo Maguntino demandasset, hunc conuocasse patres sacerdotesque prouinciae suae: Frequenti illorum confessione tunc Vgonem clarissimum uirum cum viginti ordinis sui, tecto vestibibus ferro, nemine arcere auso, ingressum: clara, intrepidaque uoce testatum, si quid grauius in sacrum Templariorum ordinem statutum esset: se Pontificem Maximum, qui in Clementis locum

M

cum sufficeretur, appellare: absterritos patres inermes imbellesque ferocia nobilissimorum militaris ordinis virorum, iussisse illos bono animo esse: certiorē literis factū Clemētem mitius respōdisse, ac ius de integro querendū statuendūque archiepiscopo decreuisse: eum illosque in fontes se edocerēt causa cognita crimine liberasse. Hominibus absolutis, ordo tamē ipse abrogatus. Hospitalariū aucti diuitiis Templariorum, simul belli sacri nomine, ingenti pondere auri vndique collato, classem instruxerunt, ornaueruntque, ac Rhodum quam Turcæ iam possessionem etiam maris appetentes, occuparant, de illis receperunt. Clemens Viennę in Allobrogibus coacto concilio trecentorū Pontificum, multa de eorum sententiā sancte constituit. Memoriam Petri, qui Coelestinus in Pontificatu fuerat, sacrauit. Dimisso concilio cum Burdegalam se conferret, in itinere morbo correptus, decessit: anno eius seculi tertio decimo. Pulcher mortua vxore Ioanna Nauaræ Regina, Ludouicum maximū natu filium Nauaræ Regem appellauit, & Pompellonem missum coronandum curauit: alterum filium Philippum cognomine Longum mortuo Marchiæ Comiti succedere iussit: felix ne pater filiis, an nurius infelix. Omnes illæ probri causam dixere. Ioanna Philippi absoluta: ea Mathildis Atrebatensis, ac Othonis Burgundiæ Comitis filia maior erat. Margarita Ludouici, Blanda Caroli, flagitiū conuictæ. Adulteri verendis conuulsis, cute nudati, vnco tracti, resti tandem suspensi, pœnas infessis nobilissimi tori graues illustresque dedere. Ianitor cōsciū ceruice luit Ludouicus ex Margarita Roberti Burgundię Ducis filia Ioannam filiam tulerat. Adultera vxore in custodia morbo, an (quando variant authores) anima interclusa defuncta: Clementiam Roberti Regis Siciliæ sororem, Martelli filiam, vxorem accepit. Blanda Caroli, minor Othonis Burgundionis filia, in custodiam perpetuam coniecta: nullas præterea pœnas dedit, quæ ea viua ducere aliam vxorem posse Carolum Mathildis illius mater diceret: ab eo enim illam e sacro lauacro susceptam, nec matrimonium iustum extitisse. Hoc confictum creditur ad salutem capitis nobilissimæ fœminæ, in gratiamque socerorū Othonis & Mathildis. Dirempto igitur illo matrimonio, aliud contraxit Carolus authore Pontifice maximo: vxore ducta Ioanna Eburouicis Comitis filia. Flandricum bellum redintegratum, quæ necdum pecuniā numerasset Robertus Comes

& eo nomine oppignerata oppida minus Regem quam Comitem respicerent: fideque erga Francos minus sancta agerent: Rex Engerrano Marinio, aulicorum intimo iussit, uti rei numerarie prospiceret, exercitum conscriberet, eum in Atrebatium fines duceret. Exin ipse ad exercitum profectus, cum motis castris Flandrie appropinquaret: Robertus Flaandrus oratores, qui suppliciter agerent, misit. Eos Rex primum auersari, audire nolle, admitti vetare, proculque in mala sua Comitumque rem abire iubere. Mox Engerrano deprecatore, non modo admissi auditi que sunt sed & Comiti suo pacem impetrarunt, magna apud omnes Engerrani inuidia: quam conditio temporum adauxit. Conquerebantur omnes argentum signari, haudquaquam iustae probitatis: tertia pars experientibus decoquebat. Creditores cum res alienum dissoluebatur, argenteos numos non quanti haberi iussi feriebant, sed deducto intertrimeto accepturos se dictitabant: ita numus iactabat, vitaque communis laborabat. Aurei scutati multo pluris solito aestimari ac permutari coeperant. Pulcher angustius adduxit, ac ad morem maiorum, diuique Regis institutum aestimationemque, eos edicto reuocauit. Hoc exactoribus, veterumque vectigalium dominis mire gratum commodumque erat: sed iam obruebant unde petebatur. Lutetiae plebs repente furere percita, in edes Stephani Barbatuli officinae monetae curatoris impetum fecit. Forte aberat, an fuga periculum vitaret. Domus direpta, expilataque. Ac ne ipse Rex temporum expers foret: Lutetiam ex bello Flaandrico regressus, clamore seditiosae multitudinis prope fuit circumfessus. Missi ex aulicis qui curae Regi dicerent fore, nequid detrimenti caperetur a quoque ex pecuniaria aliave vlla re. Dissiecta in praesentia turba, mox auctores tumultus capite luerunt. Lugduni etiam tumultus exortus. Lugdunensium Pontifex erat Petrus e finitima Sebusianorum procerum nobilitate. Controversia exorta inter eum Regiosque Magistratus de Pontificia Regiaque iurisdictione. Plus equo sibi assumere Regis videbatur: & ciues Lugdunenses ei aderant. Ludouicus Rex Navarrae cum exercitu ingenti missus, eam prouinciam confecit, Utinus cognomine dictus: qua voce apud Francos patrio sermone vis turbationis tumultusque significabatur. Pontifex percussus, fidei Sabaudi Comitis qui cum Regis filio aduenerat, se permisit. Ita sine certamine res compositae. Pax urbi clarissime Pontificique data. Rex Pulcher decessit, anno eius seculi tertio decimo. Ei successit in Francorum Regnum Utinus, qui matris

M.ii.

successerat in Nauaræ, Campaniæq; ac Bryæ opes. Ludouico igitur Utino Rege, nulla prior actio quæ de Engerrano suscepta est, quæ populares authorem grauissimi tributii indicendi insimulabant. Sed cæteri plus mali imprecari ei quæ creare poterant. Premendi hominis princeps inuentus est ex ipsa Regia, Carolus Valesii Comes, noui Regis patruus. Causa atrocis odii, quæ dum apud Pulchrum controuersia esset inter duos summos Normaniam proceres, Aricuriam, Tancredouillanumq; alteri Engerranus, alteri Carolus aderat. Exorta contentione, exardescensq; studiis mentiri Carolum Engerranus dixit. Id verbum, nobilitati grauius omni vulnere, in memoria Caroli eousq; sedit, ut uiuo Pulchro fratre, exequi dolorem non ausus, in rudimento Regni Ludouici Utini ultionem petierit. Peculatus reum agere placuit. Ad Luparam ductus, interrogatusq; de pecunia publica, Regniq; tributis exactis: respondit per bonam partem ad ipsum Carolum Valesii Comitem peruenisse. Hoc responsum magis irritauit Carolum. Traductum ad Templariorum turrim accusauit Ioannes Annalis, fiducia Caroli & tirocinio Regis, impotentius loquens atq; ita verba fecit. Nullæ mihi cum Engerrano, nisi quæ & publicæ, inimicitia sunt: nec hominem: sed scelera persequor. Consensu Franciæ cogor publicam salutem te Rege, iudiceq; defendere ab importunissimo homine: qui hæcenus scelerum magnitudine tectus, neq; vocari in ius poterat, neq; cæteros vexare desistebat. Tu iusto proq; dolori mortalium imitari initio statim Regni tui facile potes legesq; huius audacia euerfas, huius poenis immortalitate donare. Innocentissimus credatur, si quicquid sceleris in homines superosve reliqui fecit, quin consciuerit, ausus sit, perpetrarit. Rebus hominibusq; orbis terrarum constat: Rerum vires neruusq; pecunia est. Te interrogo Engerrane, cuiusnam pecuniæ arcave recondita, clausave cupiditati tuæ fuerit? Non interrogo quæ amplum tibi patrimonium relictum a parentibus sit. Tu te creasti: tu te genuisti. Ingredere Fiscum Rex: inopiam inuenies. Ingredere edes istius gurgitis: gazam Persicam reperies. An vero illa virtute parta? Quæ virtus in monstro portentoq; esse potest? At fortuna tibi attulit. Fœlices erant, qui te ignorabant. Nemo enim te nouit nisi suo magno malo. Dices omnia ab omnibus tibi dono data, ut eis deprecator apud Regem tui dissimillimum adesses: fidemq; tuam venalem fuisse. Enumera data

tibi munera, causasq; munerum recense: conuincā vniuersam vitam tuam latrocinium extitisse: nisi q; non e latebris in singulos vim faciebas: sed in luce, in Regia, propalam, ex professo de vniuersis prædā spoliaq; petebas. Vis scire vtrū Engerrano, an prædoni tibi dederit? Defuncto superiore Rege optimo, ecquis te congressu, salutatione, colloquio, dignū duxit? Si Engerrano, hoc est huic nequissimo corpori nemo bene vult: nimirū illa nō munera, sed præda, vi: aut, quod non procul a vi abest, metu, parta. Grassare in viscera nostra, si tāta est diuitiarum, tamq; dira cupido. Vita illa communis quæ auribus Regis moderādis constat, in tuto sit. Si eam tollis, quæ digna viuo pœnā, quæ mortuo ignominia inuretur? Exemplū in quo, q; in te, iustius fanciet? An expectamus dū aliquis te sceleratior exoriri queat, a quo pœnis exactis, vitæ lex, innocentia fiducia, sceleratis terror, miseris solatium, constituatur? Illuc atrocitate peruenisti, quo nemo alius, salua re Francica, peruenire queat. Expectas viuorum iudiciū, supremo superioris Regis sapientissimi iudicio condemnatus? Viuentis res vnus digito temperabas: Viuens falli potuit: Testamentum condens, in quo plura prope mandatariorū nomina, q; tabularum literæ erant, te ne nominauit quidē: minime ambigua supremi silentii causa. Te scilicet viui voce sua absoluēt, tali tantoq; morietis silentio dānatū? Sciebat si diu ei superesses, stare Regnum nō posse. Meminerat (vt vetera obliuioni darent) nouissimo Elandrico bello grauissimi te tributū indicendi authorem copias in Flandrū duxisse: ac ne visis quidē hostibus, re infecta, redisse: cū nullō negotio obruere Flandriam potuissemus. Qua tempestate constat te ab hoste nostro literas, munera, nuncios, accepisse: eiq; consilia nostra, arcanasq; res enunciaſse. Non ad hostem transis: sed hostiū partibus fungens apud nos manes. Franciā ducis, reducis, circūagis, quo libido tua fert. Quis addere aliqd huic sceleri queat? Nullus alius posset. Tu omnes mortales importunitate multo ante superaras. Iussus fueras Bonifacio numerare sexaginta aureorū millia: quæ tibi appesa, vbinam sint, nouit arca tua illa, sanguine nostro, hoc est fortunis nostris referta. Conqueramur cœlum terrę mixtum, inustamq; quæ nunq; eluetur, innocētī superioris Regis memorię notam. Miscuit mare cœlo Engerranus. Bonifaciū perfidia tua nūmariaq; suppressione irritasti, efferastiq; tu rabida ac importunissima fera. Abs te

M.iii.

e vulpe leo effectus, in nos sequitur. Ingens hoc scelus, & in huius par-
ricidii tui cogitatione inuitus versor: sed veterem hunc furorem di-
ces. Accipe non adeo vetus factum. Quindecim millia pondo appen-
di tibi Rex Philippus iusserat: quæ refunderes, scis cur, Pontifici
Clementi. Dedisse te ore illo tuo impudenti dic: conuincam non da-
ta: ostendam apud te, etiã nunc obfignatis oculis asseruari. O auri
argentiq; altissimũ gurgitem, profundam voraginem, inexplebilem
oceanum. O prodigiũ, o portentũ, ante te nunq̃ visum, nunq̃ auditũ
Tu Regẽ cum Pontificibus cõmittis: Tu digladiari cogis. Serua-
uitne tandem fidẽ datam Clemens? Meministi quid pactus sit, quid
debuerit, quid factũ, quid non factum oportuit. Lugdunũ Romã &
in sinũ nostrũ euocamus: Sedes Pontificia apud nos, interq; ma-
nus nostras erat: Tu in Delphinatiũ ditionẽ, in Allobrogesq; exin
Auenionẽ pellis, ppiusq; mare fugas, vt quocũq; libuerit se conferat
ardeatq; cupiditate suę sedis Urbis Romę restituẽdæ. Qd̃ facturus
fuerat tot abs te indignitatibus affectus, si longior ei vita suppedit-
tasset. Sed qd̃ tẽpus, quis locus, scelere tuo vacat? Franciã dedecora-
sti: Romã irritasti: Orbẽ terrarũ pturbasti. Quocũq; oculos verto,
flagitiorũ tuorũ vestigia cerno. Corpus scelestissima mẽte inq̃nasti.
Manus, pedesq; quid aliud, q̃ teterrimi ministri flagitiorũ, instrumẽ-
ta feritatis sunt? Hunc locum, vbi causam dicis, nõ exhorrescis? Hi
parietes te accusant, in te vociferant. Sanguine tuo sanciri maiesta-
tem Regiã, vindicariq; pericula expetũt. Intra quos, qd̃ ante te vnũ
nunq̃ accidit, obsessus fuit Philippus Rex, nõ ab hostibus nobilibus
ve telis, sed a sentina plebis, nõ suis vitiiis, qd̃ eni illo melius? sed tuis
sceleribus inuisus. Luparã redibis, cuius es Præfectus? Nã te ipse etiã
arcibus, si superis placet, præfecisti. Eodẽ tẽporis momẽto quo Rex
Philippus animã cælo reddebat, pecuniã ingentẽ vim testẽ latroci-
niorum tuorũ ex Lupara domũ ferre cœpisti. In eðes Regias insule
Parisiensis audebĩsne tu oĩa ausus, pedẽ inferre? Ipsi lapides q̃tũlibet
muti, ipsa Regũ stemmata, peculatus te arguẽt: ac si queant, manũ
iniciẽt. Eas eðes faciendas curasti: inq; iis nequid non auderes, sta-
tuam tibi posuisti. Insularũ dominos, re nõ soluta, domo præcipites
egisti. Tabernas quas publicas esse oportuerat, q; publica pecunia
fuerant emptæ, tibi addixisti: tuoq; nomine elocas. Quod reliquum
erat pecuniã, quamq; vel publicis, vel Fisci rationib; illatã oportuit

apud te etiam nunc esse, planū faciam, si neges. Sed neges, an fatear
 re, quid interest? Vnus omnia potest Engerranus. Solus dominatur
 Scis iustissime Rex, viuo patre tuo Rege optimo, hūc hominem, si
 homo dicendus est, tantos spiritus sumpsisse, tātumq; dominatum,
 vt nullus Regiis literis obediret: nisi cōiuncta ab Engerrano episto
 la, quæ pareri iuberet. In primis coactores Regiæ pecuniæ mensa
 riūq; cum quid cuiq; numerare a Rege iussi erant: ne assem quidem
 deprompsissent, nisi Engerrano authore. Iubebat, vetabat. Ministri
 personam exuerat, foedissimus homo (vt hominem mentiar) Re
 gem agebat: immo supra Reges ascenderat. Constat Regem patrē
 tuum, literas, mandataq; ad Atrebatē Comitem dedisse. Hic inte
 gerrimus scilicet vir, cōtraria mādata dedit: iussitq; Atrebatem ali
 ter q̄ Rex volebat, facere: nihil periculi ab Rege fore pollicitus. Im
 periū Regis frustra vileq; fuit: Engerrani sanctissimū grauissimūq;
 Si neges, non modo id factū probabo, sed etiā questui tibi fuisse. A
 Cameracēsibus enī publice quīdecim milia pondo, q̄ Atrebatī appē
 sa oportuit, ipse tibi exegisti. A deo nullū genus rerū hominūve omi
 sisse te arguo, quod scelere tuo nō violaueris. Arguo te expilatæ pe
 cuniæ, peculatus, latrocinii, infidelitatis, perfidiæ, maiestatis: & quo
 niā ne a Pōtificib; quidē abstinuisti, parricidii. Arguo ego? Arguit
 orbis terrarū. Nemo est cui sua, liberorūve vita iocūda futura sit, si
 tibi impune fuerit, nefarie, importuneq; vitā egisse: & sit posteris si
 milia audendi: & nouorū semper Engerranorū propositū exemplū.
 Te enī absoluto, quæ furia res inuadere non audebit, imitatione tui,
 etiā si scelera equare nō possit. Hic vnus, patris tui nomē mortaliū
 omniū optimi, terris inuisum fecit imanitate atrocitatis suæ. Reddi
 mortuo sua dignitas nō potest, hac fera viua. Nullam maiorē virtu
 tis significationē, iustitiæq; specimen initio statim imperii tui præ
 bere potes, q̄ Príncipe fontium punito, publicaq; peste sublata, cer
 tissimā salutis spem bonis omnibus ostendere. Hæc Annalis. Enger
 ranus magno se animo ad Luparam defenderat: ac veluti cum sum
 ma fiducia innocentie, propior exprobranti virtutem beneficiæq;
 q̄ reo. Nunc cernens crimina, secundis auribus ab Rege accipi: se
 rei capitalis non pecuniariæ, existimationisve reum agi: velut certa
 si nimis splendoris sui memor esset, cruce ante oculos obuersante:
 in q̄ demississimam potuit humilitatem se deiciens, ita exorsus est.

M.iiii.

Deum Opti. Maxi. precor, vti quemadmodū ante te Regem a patris tui Regis optimi hostibus me sepe numero difficillimis Frācie temporibus tutatus est: ita nunc te Rege, ab hominū errore tegat: qui me mortalium ditissimum falso rati, non pecuniæ, sed capitis arcessunt. Miserrimus omnium mortaliū fore, si alio q̄ te iudice, fiderem. Eadem verborum asperitate inuidiā in me vulgi, a quo accusare coactū se videri vult, conflauit Annalis: qua te de gradu mansuetudinis mouere conatur: Regniq; tui inītia sanguie meo cōsecrare: ac repetito Bonifaciano crimine, patrē tuū Regem etiā fato functū per simulationē nominis mei deferēdi, nefarie criminari. Deus auspiciōra tibi primordia det, ac meliora faxit gloriæ optimi patris tui, q̄ vt ī meo capite damnetur eius memoria: ac supstite ministro iugulato, eterna ignominia mortuo inuratur abs te Rege exemplū posteris præbituro, quid in defunctos Reges liceat, quid non liceat. Versetur oro ante oculos tuos, non circūactū modo tēpus, sed oīm mortaliū posteritas, qui causam meā præiudiciū patris tui sancti ansecus cēsēdi existimabūt. Qualē ministrū eius intimū iudicaris: tale illius animū fuisse te iudice, censebunt. Pedes manusq; Regū ministri sumus. Nos, si accusari pateris ab iis qui patris nomen deferre auribus tuis nō audent, cū alibi incusare nō desinant: Regem patrem accusari, extendiq; in omnia futura secula ignominiam ei⁹ pateris. Ego enim nomine meo respōdere facile possum, si vt facis, attē te benigneq; audias ad salutē innocentiae dandam, q̄ ad miserorum sanguinem inuidiæ præbendū pronior. Diuitiarum fama omnibus inuidiosa est. Summas diuitias & innocentiam in Regiis ministris, procuratoribusq; aulicis esse simul posse inficiātur. Interdicatur igitur tibi liberalitate, benignitate. Donas multa multis. Nullus dies beneficio tuo vacat. Causam lege Cincia nō dico: nec q̄stio hæc constituta est, vtrū acceperim munera: sed vtrū proditor acceperim idemū quærendū est. Hæc perbreuis defensio est mea. Rex vero pater tuus, cuius nomini parcens Annalis, re grauis accusator est: si reuiuiscat se facile purget. Audires eum Rex, Regem sic dicentē. Ecquid alieno nomie subiecto, me Annalis isectaris? Ita ne mortui Reges causam dicimus? & apud filiū pater accusor? Dum viuerē sacrosancti cōciliū ac orbis terrarū cōsensu, Bonifaciano crimie liberat⁹, nunc post fata insimulor. Iam nō Engerranū, sed me: sed memoriam

mei Annalis accusat. Nímis ínfenſe atrociterq; ínſectatur: cum Pon-
 tificatum maximum me extraxiſſe ín Franciam, Urbí Romę extor-
 ſiſſe criminatur. Qua ín re ne ſibi quidem conſtat, vt res ípſa ora-
 tioq; eíus hoc crimen refellat, nec meam orationem deſideret: cum
 adeo liberum Pótificem Maxi. ípſe prædicet, vt ín Allobroges, atq;
 ín de Auenionem, & propius mare cõcederet. Meliora loquatur An-
 nalis: nec hanc mentem Deus dederit Francorum Regiæ: vt propu-
 gnare tutariq; ſedem Petri ſolita, quicq; ín eam nefarie moliri vere
 ínſimulari poſſit. Iactet fama, perſtringat rumor: quod cuiuſq; au-
 daciæ temeritatiq; libet, fingat, ſpargat, edat ín vulgus: vitium mor-
 busq; temporum ille, non meus fuit. Res quo ſanctiores ſunt, eo ſæ-
 pius ſæuiuſq; iactantur: cæteræ, q; temporibus magis ſeruiant, tu-
 tius agunt. Nauis eccleſiæ ſacra ſuas & ípſa eaſq; ſæuas tempeſta-
 tes habet: ſuos fluctus, ſuos æſtus: agitatur, quaſſatur, ſæpius ín al-
 tum reíicitur: ín portu perraro ac breui conquieſcit. Tempeſtas illa
 Bonifacianorum temporum, non ex me exorta: ſed aut libidine for-
 tunæ, aut diuino mortalibuſq; ignoto conſilio. Quid q; Flandricus
 etiã tumultus mihi ín Engerrano crimini datur? O felicẽ optadũq;
 omnibus belli exitum. Poteram euertere Flandriam: Seruator eíus
 q̄ exciſor vocitari maluĩ. Ea ín re virtutis gloriã, ſed multo maíorẽ
 rem clementiæ tuli: vici, idq; ín cruento milite meo: nulla hoſtium cę-
 de: quos quia delere poteram, quum vita donarim, quis id ſcelus En-
 gerrani dicat? quia ea laus mea eſt. Supplices veniebãt, aſpernarerẽ.
 Iratus arma ceperam: Flandriæ euertẽde impetus me ſubierat: vici
 iram meam, vbi ſupplicem Comitem, nuncios ſupplices mittere au-
 diui. Vbi aut virtus ín Rege elucebit magis, q̄ vbi animo ſuo impe-
 rat: ſuammet ípſius cupiditatem cruoris hauriendi frenat, coercet,
 ínhibet? Quis cæteris digne imperabit ſibi imperare neſcius? Placa-
 uĩ primum ípſe me: donuĩ vltro ſpírítus meos: ſed ita tamen vt ad-
 huc iratus videri vellem, quo Comes ſubmiſſior fieret. Videri ínfen-
 ſus adhuc volebam: nec id etiã Francico nomini dedecori fuit, q;
 hoſtis ad me deprecatores mittens, non admiſſus a me, ſed ab vno
 meorum muneribus creditur tectus. Ita enim ad exiſtimationẽ di-
 gnitatẽq; cõſeruãdã plerũq; neceſſe eſt, vt cũ Reges pacato animo
 ſumus, interdum furere ín aliquem credi velimus: quẽq; ſimulante
 propalam repulerimus, eum quaſi nobis ínuitis recipi audiriq; clan-

destino imperio iubeamus. Hoc est cur, cum ignoretur quid factum
voluerimus, proditi plerumque credamur. Nec ullus adeo felix fidelisque
Regum minister est, quin aliquando nobis expediat eum officio decedere
re falso credi. Ab regibus omnes omnia petere audent, & cum nullus
sit petendi pudor, liberum nobis nolunt locum denegandi. Reges salu-
lutamur, cum serui simus modestis immodestisque hominum votis.
Moribus receptum est, esse aliquod tandem frenum quod inhibeat
non vocem Regum, sed cupiditatem hominum. Maria montesque si-
bi quisque ab rege sponderi vult. Non sit fraudi capitali esse aliquem
qui salva maiestate nostra, invidia vero sui, statuatur quid cuique promi-
ssit benignitatis nostrae. Extorquebant a me permulti, ut & abs-
te filii Rex extorquebunt, literasque quibus iuberem aureos montes ap-
pendi. Erat mihi Engerranus non ab se mihi inculcatus, sed a me de-
lectus, ut & tibi aliquod erit necessarium ad frenandam cupiditatem
adiumentum. Mensarii qui illi parebant, mihi aliud iubere coacto,
aliud sentienti, parebant. Nec mirari poterant meis tunc pareri lite-
ris, cum testis Engerranus erat meae voluntatis. Bonifacio noli queri
filii, nihil datum: nihil illi debui. Clementi plura persolui quam debui. Atre-
batem Comitem non moleste tuli mihi non paruisse ea in re, quam,
ut pleraque alia, nolens fieri volebam. Cameracensem pecuniam equius fu-
it meis quam Atrebatum numerari. Haec optimus Rex, cuius nomine nihil
tibi tali filio charius est, probaret. Tibi vero Annalis, haec ego respon-
dere, Rege illo mortuo, non possum. Eo viuo, liberalitatem eius mea
falsa infamia texissem. Ac nunc si premis, falsa confessione tegam.
Multa criminaria a me contra quam illi placuerit facta. Eam in arcanis
rationem viuo redderem, quam mortuo ne palam reddam eius ma-
iestas facit. O miserum me. Capitis causam dico. Sanguis meus ani-
maque petitur: nec fas est ea quae ad salutem meam pertinent, expo-
mere. Aliud accusatori, aliud iudici dicendum est. Alia viuus reddenda
est ratio, alia mortuo, si ex defunctis extet, qui vnus esse iudex
poterat. Arcana rerum quae cum illo sunt extincta, me tutarentur:
nec voce mea, sed silentio opus esset apud rerum omnium gnarum.
Quo me vertam? O conditionem Regionum ministrorum infelicem.
Crimina in caput nostrum intenta, voce confitemur: animo aliter
affecti sumus. Multum in caput meum vidisti Annalis: ad Philippum
Regem me non vocaras, quia cum omnia aut in eius oculis, aut in

ore eorum gessissem, quibus videntibus Rex ipse videbat: nisi facta voluisset, non expectasset dum me arripere: ipse se vltus esset. Sed videbas si me pressisses te illius iussa damnare. Nunc me absolutum illius silentio, qui idem testis iudexque vnus erat, ad filium Regem me vocas. Quid agam miser? Quem appellem: tu mitissime Rex, patere abs te ad patrem tuum æquissimum, quique falli non possit, iudicem prouocare. Apud reliquos omnes contra quem volens voluerit factitasse dicat: Fatebor & id falso. Non recuso ignominiam quæ defuncti memoriæ honori sit: dummodo sit incruenta. Absolutum me a patre tuo ne repete. In me Rex defunctus accusatur: nec mors iudicium extinguit, sed gignit. Vulgi voces ignobilem fremitum, mussitationemque imperitorum existima. Per se populus est corpus sine pectore. Cor, vitaleque ac spiritus populi, Rex est. Alii perturbent populum: Rex vultu suo pacabit. Tu Annalis me accusasti. Satisfecisti, vel populi, vel cuiusuis alterius, iusto an iniusto dolori. Quid enim necesse est me retractare exulcerareque vulnera mea? Crimina, vel falso, confessus sum. Vicisti, pete sanctiorem victoriam, incruentamque palmam. Miserere solitudinis. Initia Regis lenitate imbuta velis. Silentium Philippi Regis ac supremæ tabule nihil me incusantes, liberauerunt. Si pecuniæ meæ multo minores fama, quenquam offendunt, non capite sed pecuniâ auquiratur. Fatetur Annalis esse apud me integram obsignatisque in fiscis pecuniâ: Bene habet. Non resignaui, non deprompsi. Mihi igitur non habeo, tibi habeo Rex mitissime. Neque hos parietes perhorresco. Vulgi tumultum contempsit hoc loco pater tuus: non meum aut cuiusquam caput illi dedit. Concitatam plebem & seueritate, & prudentiâ domuit. Sunt & alia remedia tibi non ignota. Aedes Regias a me extructas ingredi cur formidetur? Nullus in illis pedem ponet nisi beneficii patris tui, & diligentiam meam memor. Illæ, rex Clementissime obuersentur animo tuo ad Architecti potius caput regendum, quam ad illas sanguine eius fœdandas & abominabiles efficiendas. Supplex procumbo ad mansuetissimos pedes tuos. Miserere laborum, fidei, periculorum. Datâ a Deo Opti. Max. vitam, tu Rex clementissime, redde ex telis hostium patris tui per sæpe seruata. Sis recreator meus. Sic primordia Regni tui fausta feliciaque sint. Sic lætiores semper dies illucescant. Ac tam secunda tempora tibi det omnipotens, ut velle palam possis quicquid

vere volueris: ac eousq; fœlices habeas ministros, vt valeant efficere non modo quod te. velle, sed etiã quod oib9 mortalibus placere sentiant. Hac actione nihil cõstitutũ. Reductus est Engerranus: & quia fides criminum non fiebat: & quia turpe erat a pedibus noui Regis supplicem ad suppliciũ abstrahi. Ad iudices legesq; reiecta causa, cum trahitur ampliaturq;, dicitur deprehensa esse Engerrani vxor, quæ Pavioto Mago præceptore, simulacrum cereum fingeret: quod leui igni admoueret, vt eo paulatim liquescente, perinde sensim ac lenta tabe Rex deperiret. Magi vero an falso crimine gula fracta: & Engerranus furca suspensus. Ad hoc statua quæ ad summos gradus Regiæ posita ei fuerat, amota. Locus vacuus, basisq; ianis vititur. Mox illos quibus gaudio fuerat suppliciũ viri, desiderium eius cepit: & insecuta mala diuinæ ex Engerrani nece iræ attribuebant. Carolus Comes graui morbo correptus, cū nec extingueretur, nec vlla ope humana leuaretur, pœnas defuncto dare diuturno supplicio miserrime animam trahens, videbatur. Nullum igitur erga inopes liberalitatis, nullum in superos, templaq;, nullum pro Engerrano deprecationis obsecrationisq; genus omisit. Rex sacram meditabat militiã, q; a patre Rege moriẽte de eo bello, votoq; quo se obstrinxerat, vel post fata sua soluendo, sup̄ma mādãta acceperat: ac Regia Francorũ religione deuincta teneri videbatur, q; eo nomine Pulcher Rex decimas de sacerdotibus coegerat, filiũq; obtestari non desuerat: vt non in Regnum tantũ: sed & in sacram causam succedere se æquũ censeret. Res Christiana parente orbata erat. Mortuo Clemẽte sacrum Interregnũ duodecimũ iam mēsem tenebat. Vtinus Rex discordes purpuratos patres, misso ad eos fratre Longo, adduxit, vt modum tandẽ dissensionũ facerent, ac in commune cõsulerent. Episcopus Cadurcorum sedi Petri impositus, Ioannes alter & vicissimus dictus. Põtificatus hic erit sollicitudinis, variorũq; ac magnorũ motuũ plenus. Vtini Regnũ breuis æui fuit: altero Regni sui anno decessit, Clemẽtia vxore grauida relicta: vnde natus Ioãnes octo tñ dies vixit. Longus Vtini frater, & ventris procurationem, & infantis tutelam gessit. Mortuo pupillo Ioanne, Reliqua erat Vtini soboles Ioanna ex Margarita Roberti Burgũdię Ducis filia pcreata. Huic puellę iure & paterno & fraterno deberi Regnũ prædicabat Odo Burgũdię Dux eius auuculus. Cæteri Francorũ proceres

defendebant ius regni Franciæ virorum tantū, nō etiā mulierum esse: Legis Salicæ verba hæc identidem recitantes: in terram Salicam mulieres ne succedant. Terram Salicam Regnum, Franciamq; esse interpretabantur. Salios Francorū gentē fuisse Amianus Marcellinus refert, Iuliani Augusti, qui res in Gallia gessit, comes: ac suorum tēporū scriptor. Consensu Frācicæ nobilitatis permotus Burgundio, in eorū authoritate, Longiq; potestate futurū se professus, gener etiā ab eo ascitus est, ac opibus auctus. Lōgus enim Rex, nemine vltra contratendente, salutatus sacratusq;, trium filiarū maximam illi despondit, dote Burgundiæ Comitatu: in quem defuncto Othone auo materno, Robertoq; auunculo, ea virgo successerat. Filia Longi secūda nupsit Ludouico Roberti Flandri Comitis ex filio nepoti: eidē materno iure Comiti Niuernensi. Tertia Viennēsi Delphino (ita suos Principes vocitabant Allobroges). Ioanna Vtini filia nubet Ludouico Comiti Eburouicum, eumq; nuptiis suis faciet Nauaræ Regem. Agente per legatos Pontifice Maximo, Flandro Comiti pax eisdē quibus rege Philippo Pulchro cōditiōibus data, tm̄ disertius cautū, decies cautū milia nūmū aureorū Flandrus Regi Franco persolueret intra viginti annos, equis in singulos pensionibus. Interea Francorum præsiidiis tenerent Insula, Betunia, Aduaticū. Nomē exin sacri belli renatum. Pontifex Longo Regi petenti ius decimę ad sacram militiā de sacerdotibus exigendæ, hac verborum cōceptione, exceptioneq; cōcessit: si e re pietateq; id esse Episcopis Francis videretur. Habito patrum conuentu, responsum est cum bellū in Barbarā religionē sacrum utiq; moueretur: tūc patres aut sub signis Regē, nulla sacrosanctę vacationis venia, impigre iustoq; comitatu secuturos, aut sacrū q; minime parce collaturos. Pręscriptio sacrorū armorū alio spectauit: Pōtifex hostē iudicat Ludouicum Bauariæ Ducē. Ius Cæsarei nominis in cōtrouersia versabat. Duo summi viri, Cæsares se vocitabāt: Ludouicus Fœdericusq; hic Austriæ, ille Bauariæ Duces: paribus vterq; procerū suffragiis lecti. Genuēses exules, vt in patriā reducerent, opem a Mattheo Vicecomite, principe Gibellinę factionis, eodē Imperiū, vt edocuimus, Vicario, petebant. Misit cū copiis Marcū filiū, impigrum iuuenē. Is vrbe obsessa recipi exules iubebat, eisq; bona reddi. Si semel exactos reciperēt, nō dubiū erat ipsos pari sorte, legeq;, in exilium abituros.

A Salina Salina

Fidem Pontificis Maximi implorant, orant ut supplices ab iniuria ac maleficio tutarentur. Denunciari Pontifex Marco iussit, ut ab Ecclesie Romanae supplicibus vim abstineret. Si quid æqui habere se existimaret, amoto exercitu, verbis, sacrosancta potestate cognoscere, edoceret: eam ita supplices calamitososque audire, miserarique solita, ut leges tamen coli, iuraque sua cuique sancte seruari velit. Non paruit dicto armatus iuuenis, arbitrii Cæsaris, non Pontificis Maximi re Genuensem esse dictitas. Pontifex velut nullo dum certo Cæsare, arbitrii rerum etiam profanarum penes se sacrosanctę potestatis iure esse predicans, Marcum hostem impiumque iudicat: bellumque in Vicecomes decretum. Quod ut solum, depositis ceteris curis, geri posset: Pontifex componere inter Fœdericum Tarraconensem & Robertum Regem res conatus, persuasit Tarraconensi ut Rhegium, quã urbem de Francis cepisset, quando ut ipsi Roberto redderet, neque auctoritate, neque precibus, neque vlla alia ratione adduci posset: sibi cuius summus dominatus in Sicilię Regnum, contributasque illi regiones imperiumque esset, traderet. Acceptum Rhegium ipse aliquanto post Roberto tradidit. Qua ex re Tarraconenses fidem Pontificis fando damnant. Pontifex se causa cognita, cum id sui iuris arbitriique foret, rem iusto domino restituisse defendebat: nec fas fuisse se cum sequester, cum iudex foret, urbem de qua ambigebat, diutius quam fides postularet, possidere: ac in suammet ipsius rem, litem vertere: id sordium, id perfidię, id sceleris futurum fuisse. Robertus quindecim suorum, decem Pontificis nauium classe Genuam tenuit. Non soluebat tamen tantę urbis obsidio: tam validę erant Vicecomitum opes, tam ferox Marci animus, tanta exulum alacritas. Abduci posse videbantur, si terror Mediolano iniiceret. Philippus Caroli Valesii Comitis filius, Roberti Regis sorore precreatus, in Italiam cum paucis turmis precessit, reliquo exercitu segnius iter faciente. Oppida subalpina se eius potestati fideique permisere. Vltiora petebat. Inter Nouariam & Vercellas iam cõfederat, expectaturus suum iustum exercitum. Galeatius Matthei filius tutius ratum fidem quam arma Francorum experiri, missis oratoribus, se in Franci Regis auctoritate de omnibus controuersis fore professus, eum adduxit, ut pacatam Italiam decederet: Domum regressus, Regem Francum graui morbo implicitum offendit. Pestilentia ingens exorta: fraudeque humana potius quam vitio celi, irave Numinis credebatur id malum sequi. Fama tenet Iudeos, quod peruicax

hominum genus ac execrabili in nos odio furens e Fracia exegerat
 Pulcher Rex, ab Vtino filio mox Rege receptos: & ut pristinum exi-
 lium suum bonaq; direpta vlciscerentur, & priori similem rebus su-
 is fortunam premetuentes, ab Regibus preterea Satrapisq; Turca-
 rum Saracenorumq; pecunia accepta, elephantiacis, qui stipe men-
 dicanda vagi victitarer, persuasisse: ut venena in puteos spargerent.
 Horum q̄ plurimi comprehensi: quaestione habita, de confessis sup-
 plicium sumptum. Iudaei quoq; in custodia, alii alio diuisi. Qui eoru
 Vitriaci in carcere asseruabant, non dubii pestem sibi a nostris insta-
 re: que ex numero suo viru optimu iudicarunt, eu delegerunt, ut eius
 manu vite fine faceret. Cosenuerat & aetate & virib⁹, adiutore sibi
 iuuenem robore prestatem depoposcit ad cedem perpetranda. Li duo ca-
 teros se morti vltro offerentes, compressis faucibus necarunt. Dein-
 de senex exorauit iuuenem, ut eius dextera caderet. Is iam vnus su-
 pererat, nec habebat qui se vindicaret a ludibriis morteq; arbitrio
 nostroru obeuda. Ad tignum fenestrae editissimae partim reuullis,
 partim ita patefactis clatris, ut exitus liber foret, resti religate, inser-
 ta ceruice se suspedio demisit: sed graui casu laqueo prius q̄ gula fra-
 cto, in subiecta fossam decidit, crusq; fregit. Ad strepitu excitati cu-
 stodes eum excepere. Furca interuit. Nihilo secius vis morbi ia visce-
 ribus insidens, multos mortales absumpsit. Anno eius seculi primo
 & vicesimo Rex Longus obiit nulla ex se virili prole. Successit eius
 frater Carolus Pulcher. Carolo Pulchro Regi nihil antiquius fuit, q̄
 ut legu magistratuq; moderatione omnia regerent. Et pestilentia
 & morte Regum, & vitio temporu licentia vires nactam nihil sibi no
 arrogare, Regia maiestatem apud aios populariu paru iam ponderis
 habere: Id indignu: id no ferendu. Causam enim creandorum Regu
 nulla fuisse nisi ut societas humana vnus alicuius capitis sapientia fi-
 deq; coiuncta, conspiransq; teneretur. Si leges per se audaciam coer-
 cere possent, illis semel incisis propositisq; satis cautu, prospectuq;
 generi humano videri potuisse. Cum vero nullus interdum iuris pu-
 dor, nulla sepe legu reuerentia mortalibus esset, summos viros Re-
 ges institutos: qui pro illaru imperio regimineq; arma ferrer. Datu
 soliu, datu sceptru, vtraq; sacra vtiq; re: ut cognosceret, ut statueret,
 ut iura redderent, iudicia exercebant: ut Numinis munere ea in re
 ipsu fungerent. Vbi paru maiestate, paru imperio valeret: data illis

signa, datos exercitus, iter bonos sanctissimū pignus vinculūq; esse
foedus proborum morum institutorumq; sceleratos terrore, malo
q; frenari, aut prorsus tolli, si forte sanari, si cohiberi tandē non que-
ant: nec regna vlla diuturna nisi presidio legum firmata. Humilium
supplicia necessaria esse vbi res postulet: sed de nobilibus fontibus
illustres poenas propalam sumptas oculos animosq; mortalium ma-
gis mouere, splendidioeq; exemplo afficere. Magnorū virorū pecca-
ta vulgo proposita esse ad imitādū: & vt publico foedere, cōmuniq;
causa idem ceteris, quod illis ius, fasq; videri: necesse igitur & moni-
menta plectendorum scelerum, terroresq; in clarissimis ceruicibus
statui, vt quod vindicatum in summis sit, id in se dissimulatum mi-
nime iri vulgus sentiat: & qui metus malis sit, bonis, salutiq; publice
sit fiducia, quibus duabus rebus communis vita constet. Iordanes,
Ioanni Pontifici Maximo necessitudine affinitateq; iunctus, mul-
ta flagitiose scelerateq; factitarat, quæ semel precibus tanti affinis
condonata fuerant. De integro furenti non eadem venia data. Re-
gium apparitorem diem illi dicētem occidit, eam ob noxam iussus
sui copiam in iure facere, pari atq; antea spe Lutetiam summis cum
deprecatoribus venit: clausas Regis aures gratiæ offendit: resti-
luit. Iordanem hunc vitricum Ioannis Pontificis Maximi fuisse scri-
bunt: sed Ioannes maior septuaginta annis sedere cœpit: vitricum
igitur annis confectum crediderim, nec eum Iordanem. Ludouicus
Niuernensis Comes morte Roberti Comitis, q; ipse ex maximo na-
tu filio ante obitum patris defuncto nepos esset, mota cum patruo
de Comitatu Flandriæ controuersia, anteq; ea iudicio Patrum Pari-
sienſium dirimeretur, aut in regis verba iuraret, ausus Comes Flan-
driæ scribere, ac iusiurandum fidelitatis a suis exigere, euocatus Lu-
tetiam, in custodiam coniectus, ac in Lupara arce asseruatus, cum
satis poenarum metu suspēsus dedisse videretur: vxoris gratiæ, quæ
filia Longi Regis esset, condonatus, ac causa cognita iure Comita-
tus Flandriæ in fidem receptus, sacramento sanctissimo se deuina-
xit: & seueritatem & clementiam Regis expertus. In Aquitania Hu-
go Pensacensis non consulto Rege Franco, arcem loco rebus bello
gerendis idoneo ædificabat: ad iudiciū vocatus, eam causam non
esse Regis Franci cognitionis, iurisdictionisq; iactabat: in solo Re-
gis Angli aream se occupasse, Francus, cuius summū in Aquitania

imperium esset, presidio arcem inchoatam occupauit. Hugo auxilio Anglorum Francos loco deturbat: quosdam etiam occidit. Iam non inter priuatumque nobilitatis viros: sed inter Reges bellum videri. Mittit ad Anglum Francus, ut fontes dedat si se purgatum velit. Almericus Angli Regis frater, Lutetiam venit, precibus se profecturum aliquid ratus. Stat sententia Franco: non dare absentibus veniam: Pensacensis susisteretur apud patres Parisienses: cum vel inficiantem, vel confitentem audisset: tunc statuturum se, quatenus animaduertendum, quatenus ignoscendum. Ignota causa statui nihil pro dignitate posse: nec veniam nisi factis, supplicibusque dari solita: ut peccato suo perituri sciant se ignoscentis beneficio misericordiamque vivere. Cum deprecandi finem Anglus non faceret: Francus Ioannem Arblanum cum eo in Aquitaniam mittit, qui causam Pensacensis in re presentiorumque cognosceret. Quo cum presentem esset, consedissetque ad causam cognoscendam Ioannes: ea ita agi coepta est: ut armis non iure fretum Hugo non facile prospiceret. Ita re infecta, ad Regem rediit. Armis vis coercenda erat. Carolus Valesii Comes, Regis patruus, sibi morbo liberatus visus, eam provinciam suscepit. In Pensacensem duxit: eum in armis occurrentem, auxiliisque Anglicis subnixum fudit, fugauitque. Pensacum expugnat diruitque. Arcem, ob quam bellum ortum, recuperat, firmatque validiore, quam ante fuerat, presidio. Agenum ipsorum voluntate, & Riola metu recepit. Ois Aquitania in fide redit, propter Burdegalam, Baionamque, ac Fanum Seuerum: & haec ipsa in ingenti metu erant. Eduardus Rex Anglus, minime Regium animi fuisse fertur: nec bello felix. Ignominiam a Scotis acceperat, quos pater eius, maioresque sepe fuderat. Curam, summamque omnium rerum demandarat Hugoni amicorum principi. Huius arbitrio cuncta agebantur, magno dolore popularium: quod ei vni se Rex velut inuicem parat, procerum auctoritate sprete. Regina quoque Anglorum Isabella Regum Francorum & filia & soror nihil apud virum gratia precibus admonitioneue poterat primum illam indignitatem tacita tulit: deinde patientia muliebri in iram versa secedere a Rege viro statuit cum paucis matronis ac aliquot gentis proceribus, qui & ipsiangebantur nec ferre diutius poterant Hugonis noui hominis impotentiam. Re comunicata cum illis, pro causam religionis votique soluendi: a viro Rege profecta, Cantium petit, diuque martyrem venerata in Franciam transmisit ad fratrem Regem Francum. Ab eo impetrauit, ut filium Eduardum adolescentulum egregie indolis: quem ut auunculum viseret secum duxerat, in fide recipet, Ducemque Aquitaniae

N

instítueret. Summo in honore ac charitate, & mater & filius habití. Ioannes Hilermí Comítis Annoniæ, cui Caroli Valesii Comítis filia Ioanna nupserat, frater: eos classe in Angliã restituit. Ex pcuratiõe rerũ deiect⁹, ac ad suppliciũ tradit⁹ Hugo. Eduardus adolescẽtulus viuo patre, atq; adeo in ordinem coacto, Rex salutatus, coronatusq; in matrimonium accepit Philippam filiam Comítis Annonis. Carolus Comes, Valesii, vi morbi quẽ in presens resederat, rursus grassante, nullum religionis munus, nullas cœlestium pacis impetrandẽ partes omittens: exorauit Regem Francum, vt Engerrani propinquis redderetur illius corpus furca refixũ: eiq; ample magnificeq; summaq; religione suis ipse impensis funus fecit, iustaq; persoluit, ne morte sua illi parentaret: sic quoq; continuo obiit. Carolus Rex & virtutis & clementiẽ laudem, fructumq; ad eam diuentulit. Exin aduerso rumore fuit: q; sacri in Ludouicum Bauarum belli nomine decimas de sacerdotibus Francis petenti Pontifici maximo Ioanni, cum primum denegasset, pactione deinde expugnatus concessisset: vt in partem ipse veniret. Bauarũ & Vicecomites Ioannes Pontifex sacrosanctẽ potestatis hostes, impiosq; iudicarat. Vicecomites Philippo Valesio polliciti fuerãt de rebus Genuensibus staturos se arbitrio Regis Frãci: quod is decreuisset, id sibi sanctum, ratumq; futurum. Deducto ex Subalpinis Frãtico exercitu, mortuo Longo Rege Franco: acrius q̃ ante, Genuam premebant: nec obsidionem omisere, nisi aliquot præliis naualibus terrestribusq; victi: ac tedio diffidentiaq; fessi. Quẽ vero vrbes Subalpinẽ Longobardiẽq; fidem Francorum Pontificisq; maximi secutẽ fuerant: eas partim in potestatem Vicecomites redigebant, partim territabant. Viri fortes, duces egregii erant, auidi imperii: & Italia domesticis dissensionibus lacera, eorum conatu locum & cupiditati dabat. Legatum copiasq; Pontifex in eos misit. Bauarus q; iura Imperii a Pontificis Robertiq; Regis cupiditate tutari se prædicabat: q̃ maximis poterat viribus illos iuuabat, tegebatq;. Carolo Pulchro Rege fuerẽ sublimia ingenia, eruditissimiq; viri. Seculum illud literatura floruit. Erant ex iis viri vere sancti. Erant, qui dum ceteros anteire improuide contendunt, nec modum faciunt, noscuntve: impii euasere. Erant de quorum moribus consilioq; anceps sit coniectura. Sanctis mala temporũ dolori erant: taciti mœrebant. Ii vero qui Fraterculi

vocabantur, diuitias ecclesiasticas fando, scribendoq; damnabant: purpuram, opes, dominatum, a religione aliena esse prædicabant. Christum dominum, Deumq;, nihil in terris, quod suum diceret, habuisse. Apostolos eadem qua seruatorem Christum, paupertate fuisse. Non exemplum modo: sed & legem eandem successoribus datam, Ius sacerdotibus nullum esse facultatum potiendarum. Hanc sententiam Ioannes Pontifex impiam censuit, damnauitq;. Illi Pontificem impia hæresi laborare prædicabant, qui id quod Christus dominus deusq; sanxisset, ipse impietatis insimularet. Eo contentio nis deuenere vt Ioannem, q; de religione, de Numine impie sentire eum dicerent: Pontificem esse negarent, ac velut solio Pontificio vacuo, creandum Pontificem nouum verumq; contenderent. Occanus Theologus Minor cum Augustorum iura copiose tutaretur: in Ioannem Pontificem monimenta edidit atrocía, quæ extant: eum non criminibus modo, sed maledictis lacerans. Intemperantia lapsus scribit eum contendisse elaborasseq; vt Romanum Imperium vel sibi subiceret, vel penitus laceraret. His enim verbis inuehitur. Eundem impie hæresis coarguit vero ne: an eo quoq; falso crimine, Bauarus velut Pontificio interregno, suarum esse partium prædicabat: vt sacro solio insidendo suus verusq; Pontifex daretur. Victo acie captoq; Fœderico Imperii æmulo, in Italiam anno eius seculi vicesimoseptimo profectus, magnifice, apparatusimeq; exceptus Mediolani est: in diui Ambrosii eade subseruietibus Vicecomitibus, ab eius ciuitatis Pontifice secunda corona redimitus est: primam iam Aquisgraní suscepit: operantibus Pontificibus Maguntino & Treuero: tertia ei Romæ fuit imposita a Stephano Columna, principe factionis Ioanni Pontifici minus equæ. Tunc Petrum Reatinum Minorem ausus est insignibus Pontificiis excolere: Pontificem maximū eū, ac Nicolaum Quintū salutare, adorareq;, hominē maioris q; sanctioris literaturæ, ac ad res gerendas non ineptum. Eodem anno Carolus Pulcher, Rex Francus decessit, vxore grauida relicta. Regia apud Francos sedes, vacua est: nec ab vlllo infesta. Ioanna Caroli Regis ventrem fert. Partus expectatur. Cuiam procuratio iterea rerū credēda sit, cōtrouersia exorta. Angli Legati Eduardū ex Philippi Pulchri filia, q; eadē germana nouissimi Regis Franci fuisset, nepotē pcuratorē Francici Regni designari debere

N ii



contendebant: ventrem præterea custodiendum: si foetus ederetur, tutelam eiusdem Eduardi legitimam esse. Vndiq; reclamatum, etiam Eduardi procuratore ipsam rectoreq; indigere: Tam palam affectatam, appetitamq; tutelam non modo non legitimam, sed iam suspectam fore: huiusmodiq; tutores iure submoueri. Ceterum, quæ initio Regis Longi contentio exorta, & inter Francos, Burgundiosq; facile dirempta fuerat: eam ipsi repetebant, siquid ventri, editove partui contingeret: in Francicum Regnum Eduardum iure materno cognationisq; successurum. Contra, Philippus Valesii Comes Caroli filius pernegabat ius vllum foeminae in Regnum. Iure materno niti, fidereq; Eduardum filium Regem, quod nullum sit. Arrogare sibi in rebus Francicis Anglicas foeminas, quod Burgundionibus, qui iam Franci censeantur, quod Francicis Matronis datum non sit, dariq; per leges patrias, per instituta gentis non possit. Secundum Magnum Clodoueam parentem Francicæ pietatis, semel atq; iterum orbem rerum Francicarum circumactum: primum cum ad Pipinum Caroli Magni patrem arbitria rerum translata sint: deinde cum ad Roberti Andium Ducis, qui Odonis, alteriusq; Roberti pater, idem Hugonis Regis proauus fuerit, sobolem, Regium apud Francos nomen deuenit: vtriusq; tempestatis inclinatione passos Francos cetera potius iura diuina humanaq; dissimulari, si lereq; q; legem Salicam abrogari: cum essent nobilissimi, fortissimiq; proceres, qui per matres, per auias, in Reges Francos origines suas referrent: se Caroli Pulchri nouissimi Regis patrualem agnatione, gentilitioq; iure proximum: equius magnificentiusq; esse rebus consulere, tutelamq; pupilli, si nascatur, gerere: q; Isabellam amitam, Eduardumve amatinum. Contra, Anglus causam suam etiam ipse legibus armabat: illud ex iure civili fando vsurpabat: nihil peccasse rerum naturam, quæ foeminas gigneret: eas ad hereditatum iura vocandas. Diuinum quoq; ius testabatur: verbaq; illa ex sacris Numeris recitabat: Homo cum mortuus fuerit absq; filio, ad filiam eius transibit hereditas. Quid tandem sceleris admisisset Eduardi mater, vt e Rege orta, Regumq; soror, spe Regni priuari ipsa debeat: nec ius suum filio spemq; relinquere? Iura mulierum oppugnare longa fori consuetudine didicerat Robertus Atrebas. De Comitatu Atrebatensi cum Matilde amita litigabat. Controuersiam

de Regno simillimam existimabat causæ Comitatus, cuius de iure ambigebatur. Is igitur cum altercâdo multa iactata vtrinq; essent: necdum contratendere oratores Angli desisterent, eis perpetua quoq; oratione in cœtu procerum ad id coacto, in hunc modum respondit. Causa vestra, oratores Regis nobilissimi, nobisq; amicissimi, & omni necessitudinis genere propinquitateq; coniunctissimi, simplex minimeq; perplexa est. Omnis ea vna omnino in re versatur, q; cum Eduardus Rex Philippi Pulchri Regis Franci ex Isabella filia nepos sit, idem tres nouissimos Reges nostros auunculos habuerit: si quid ventri quem Clementia fert, accidat: eum ad scepra nostra vocandum contenditis, quando illo nullus sit vir cognatione propior spei Regni huius: nullaq; foemina sanguine iunctior q; eius mater. Ego contra, defendo nihil in Regnum hoc iuris penes mulieres esse: & quam spem mater Isabella vendicare sibi ipsa nequeat, eam nec in vita filio tradere: nec in morte relinquere posse. Dico etiam vt in spem Rerum apud nos potiendarum mulieres nascerentur: alias his paucis annis fuisse propiores Isabella, quas priores accitas ad Regnandum oportuisset: si id ius fasq; apud nos foret. Addo etiam tale a vobis omnibusq; factum praediciu: vt controuersia iam nulla de hac re possit exoriri: actamq; rem agamus. Quæritis ecquidnam admiserint foeminae cur in solium extrahendæ non sint? Ego, neq; eas male, neq; viros bene meritos, dico. Deus vtro visum est sexu mortales creat: creatos accipimus: virorum imperia viri patimur: foeminarum Regna non agnoscimus, Quod vero diuinum ius testamini: ne filiae hæreditate paterna excludantur: Dico iure item diuino sancitum, vt foeminae sexum suum agnoscant: intraq; illum sese contineant: iura gentibus ne dicant. **Q**z si diuina oracula secus interdum statuisset dictitatis: nisi pro vestra, oratores, prudentia docetis, id non in re priuata modo: sed & in Regno ac in omne tempus, & apud omnes eque gentes ratum perpetuq; voluisse: nihil est cur causa nostra euertatur. Quinimmo verba oraculi illa sunt ne commisceatur possessio e tribu in tribum, vt hæreditas permaneat in familiis. De iure vero nature, gentiuve, facilis ratio est: q; si sequi naturam ducem placet, aut liberi simus, solutiq; alii aliorum imperio: aut suis quisq; non alienis pareat imperetve. Ius vero Regnorum non idem apud omnes

fancitur. Apud vos fœminę Regię nobilitatis ita nō regnarunt, vt Regū tñ ex filia nepotes ac deinceps ad ius Regni auiti sceptraq; maiorū vocarētur. Ita nōnunq̄ iure materno apud vos Regnatur. Angli Reges e mediā Frāciā nati sunt, enupta Regis Angli filia in Andegauensiu Comitū familiam, cuius in nomen Christianum patriāq; Franciam multa memorātur virtutis pietatisq; monimenta. Hoc institutum apud vos valeat. Nos instituta, legesq; vestras sanctas apud vos esse oportere cēsemus. Apud nos alius mos, alia exēplorū vetustas. Nos ita Frāci sumus, vt quātum ad legem Regiam pertinet, etiam Salii esse pseueremus: nec a maiorū exemplo descīuimus. Suus cuiq; genti ritus, suū cuiq; ciuitati ius augustum, sanctūq; est. Vrbs Roma libera, legem Voconia tulit, qua excludebantur a locupletibus hereditatibus mulieres. Eadem postea Vrbs Roma tunc cū veteribus institutis repudiatis perire cœpit: eā legē nō agnouit. Nec Augusti Latini, Grecusue Iustinianus repetiuere: memores fœminarū beneficio nonnulli se ad Imperiū peruenisse. Nos legem Salicam ante Iustinianū Augustū sanxeramus, ne fœminis Regnū mandaretur: vt gētilitium foret Regni ius. Qđ vero ius nō habet Eduardi mater, qua ratione filio tradere, lege Salica incolumi, potest? Regnum hoc o Isabella, tibi filiove Eduardo petis, si nulla edatur soboles Caroli Pulchri Regis: quia eius soror es. Finge sterilem vterum, Philippum Valesium patruelem defuncti in Regnū succedere equum censeo. Tu soror germana, hoc est vno gradu propior es: vt succedas elaboras. Si fœminas mos ac iura diuina humanaq; vocant ad Regnum: interrogo te, mortuo Philippo Pulchro, petiisti ne Regnum? Non petiisti, nec petere poteras, nec te vilius aures audissent. Iure igitur Vtinus filius Philippi Pulchri, idem frater tuus germanus ad Regnum peruenit. Pręterea interrogo, mortuo eodē Vtino Philippi Pulchri filio fratre tuo, nec posthumo perennate, iure ne an iniuria successit tuus Vtinusq; frater Philippus Longus: cū filiā Ioannam Vtinus superstite, queq; adhuc superest, reliquisset? Si iure, ergo viris omne ius, fœminis nullum est in Regnum nostrū. Sin iniuria, Ioanna ergo ad Regnum vocaretur, potiorq; fuerit, que Vtino iusto Rege patri suo, q̄ tu soror successerit. Qz si Longus iniustus fuit Rex, Regnumq; non suum inuasit: Dic oro quanam re iustior fuit Rex Carolus Pulcher, cui te

gradu proximam succedere equum prædicas? Numerosam cohortem filiarum reliquit Longus: hæne tu, an illæ te exclusissent paterna hereditate? Vides igitur nullum spei tuæ locum o mulier. Adde quod decretum deliberatūque iam de re est. Secundum mortem Vtini ac eius filii Ioannis intra octo dies & nati & defuncti Hagna sanctissima ipsa fœmina, eadem diu Ludouici filia, causam fœminarum ipsa mulier egit: Ioannāque, quam dixi Vtini fratris tui, Regis filiam ad Regnum vocabat. Edocta viros non fœminas apud nos Regnare: Fœmina fœminis adesse destitit. Accedit iudicium tuum O Isabella, tuum etiam o Eduarde. Cum tu mater filium Longo primum, Carolo deinde Pulchro, iureiurando fidelitatis addixisti: ab eoque iure Aquitanie vt vestiretur orabas: vestitusque supplex est: quem nam erat confessio vestra? Nempe eos iustos esse Reges: nec Ioanne ius esse eos excludendi. Non successere filie patri: quo ore fratri soror? Nobis nec Eduardo adolescente tutore opus est: nec eundem Regem, qui gentilitio stemmate agnatus non sit, agnoscemus. Illi quidem vt propinquo amicissimoque, omnia secunda optamus: incrementaque cupimus: hisque quatenus sine publica communiq; iactura rerum Francicarum fieri licet, fauemus. Hac oratione habita assensuque procerum perspecto, Angli oratores contratendere destiterunt. Cum puella vtero edita esset, Blanchæ ei nomine imposito Philippus Valesius Rex salutatur, sacraturque quanta non alius multis seculis celebritate, frequentique procerum cœtu. Post Remensia sacra ad Dionysii Parisiorum venit, ac ibi quoque ceremoniis solennibus peractis, sacerdotio ciuitatis sacris insignibus velato: necnon liberalium artium doctoribus, Musæique scholasticis ad portas opperientibus: ad hæc patribus in purpura, decurionibus cum bicolore veste: necnon authoribus summarum extra portas continentiaque ac suburbana ædificia in equis occurrentibus: Ipse Rex cum Regiæ stirpis, inclytarumque familiarum proceribus, reliqua etiam nobilitate & ipsa maxima ex parte torquata: & sagulis virgatis auroque intertextis, equisque magnificentissime instratis excultisque urbem Regiam, sub sacra ipse umbella intrans, excipitur lætis faustisque, omnibus, plausuque, omni ordine, omni ætate prosperum fœlicemque ingressum apprecante: Viis (vt tempus anni ferebat) flore multo, festa fronde, virente hæriba, stratis: superne velis

vmbraculisq; honestatibus: aulcorum magnificentia varietateq; ac
picturarū tabularūq; artificio exterioribus domorū parietibus ve
stitis: splendidiore mulierū e fenestris spectantiū, seq; spectādas prę
bētiū q̄ virorū cultu. Nulla letitię species, nullū dignitatis exemplū
nō excogitatū, non adhibitū. Ita in Insulam ad eadem maximā dedu
ctus, ac diuā Virgīnem veneratus, in Regiam se contulit. Auenti
tia (vt assolet) cœna Regifico apparatu accubere principes, illu
stresq; viri: Oia quidē solēni more institutoq;: sed hunc Regē pręci
pua charitate obseruatiāq; prosecuti: prędicabāt eū vindicē Franci
cę maiestatis: legis Salicę assertorē: qua vna, dignitas libertasq; Frā
cici nominis cōstaret: ne alienigenarū imperio, ne exterorū ditione,
teneri possēt Frāci cęteris gētib; Reges, legesq; dare soliti. Vesper
tino igni in areis plateisq; accenso, nocturnis funalibus cōcursanti
bus collucēte, choreis virginū iuuenūq; actis, symphonia voce, fidi
bus, sistris, tibiis, vrbe perstrepenste, Rex filiā Caroli Pulchri Regis
posthumā minori filio suo Philippo Duci Aurelianēsiū matrimonio
iūxit, obscura ad posteros memoria, nulla eo ex thoro sobole. Inter
ea curę ad Rempubicam versę. Primū omnium bellum cum Flan
dris gessit, causa ante ipsum Regem exorta. Flādrī Comites ex for
mula in viginti annos pręscripta, debebant Franco Regi quotan
nis quinquagena millia aureorū. Ludouicus Comes exactores cir
cūmiserat, atq; ea pręscriptione multo maius aurī pondus conges
serat, q̄ quantum ea res postulare illis videbatur. Conquerebantur
fortunas miserorum agi: eamq; indignitatem, si in pręsentia taciti
ferrent, perpetuam futuram. Petierant vt coactores redderēt ratio
nem: ederentq; quantū a quoq; acceptum, quantum Regi dissolu
tum. Tornacum conuentum: intra mœnia mensarii, cęteri q; Comi
tis ministri in oppidum deducti: vrbium procuratores, legatiq; in
suburbiiū diuerterūt. Ignis seu fortuitus, seu ex pręparato in subur
banis edificiis cōflatus, ea vĕto, vt forte coortus erat adiuuāte, ma
gna ex parte absumpsit. Flādrī se dolo incendioq; petitos rati, in
Comitem, Comitīsq; amicos velut conflagrationis authores, domū
reuerſi, suos quisq; populos incitauerunt. Pręlio commisso Ludou
icus captus, nec dimissus nisi iureiurando adactus se immemorem
iniuriarum futurum: nec fraudi noxęve fore popularibus secessio
nem fecisse: armatos contrastetisse, comprehendisse: secundum

eam diem nihil eum magnarum rerum, nisi de suorum sententia, Re-
 q; ad urbium decuriones relata statuturum, acturumve. Paruit pre-
 senti necessitati. Vbi primū liberum ei fuit, ad Philippum Regem
 confugit, nobilissimo quoq; eum secuto: atq; adeo ipso patruo Ro-
 berto, quocum antea de summa rerum Comitatuq; certasset, se ei
 comitem vindicēq; dante. Rex cum iam in fine æstas esset, suadenti-
 bus permultis vt in vernū tempus bellum Flandricum, restitutionē
 q; Comitis differret: coactō concilio Valterum Magistrum equitū
 sententiam interrogauit. Ille, q̄q; pre se ante multis argumentis tulerat,
 videri sibi rem immaturam agi: tamen frequenti principum cō-
 sessu, p̄sīdeq; Rege, veritus ne timiditatis argueretur: viro, inq̄t,
 forti omne tempus anni ad res gerendas idoneum est. Nemine de-
 inde dissentire auso, Rex exurgens Magistrumq; equitum amplexa-
 tus: amplissimis verbis collaudauit. Bello igitur decreto in æde diuī
 Dionysii Franciæ p̄sīdis ab Antistite Fani flāmulam Rex accepit:
 idq; vexillum Milonis Norerii fidei, virtutiq; commisit. Hostes ad
 Casletum cōuenerāt, q; ea parte a Francia pateat Flandria. Discessu
 nobilitatis, imperatore carebant. Duces bello gerēdo plebiscito de-
 lecti Collinus Anecinus & Hilermus Canutus: viri strenui quidem
 & fortes, sed humili loco nati. Rex Casletū duxit. Hostes relicto, qd̄
 satis videretur ad tutandam urbem p̄sīdio, in propinquo, in edito
 loco castra posuere: nec elici ad certamen poterant. Urbem oppu-
 gnare cœpit Rex. Casletani speciem galli gallinacei laneam confin-
 xerant, subiecto carmine, tunc potiturum Casleto Repertum, cum
 alites lanei canerent: Philippum Reperti nomine cauillantes, q; eum
 dicerent nullam in spem Regni natum, sed forte oblatum Regnare.
 Propugnabant presentī animo, acerrimeq; & p̄sīdii virtute, & fi-
 ducia exercitus Flandrici, qui in conspectu urbis erat, alacritatemq;
 addebat, presentem pugne copiam non faciens: sed suum tempus
 opperens. Vbi nihil procedit e sententia, Rex per bonam exercitus
 partem diuersos mittit ad vastitatem circa edendam: vt ea indigni-
 tate calamitateq; hostes permoti, in equū locum, camposq; patentes
 descēdant. Omnia vri, dirui, cēdi, diripi, euastari, vident: nihil tamen
 mouent: nec clamor permixtus puerorum fœminarūq;: nō vlulatus,
 non sonitus, fragorq; ædificiorum ruentium, non ignis late cuncta
 depopulans, non relucens flamma, non omnia pereuntia, animos

illos feroces indomitosque frangunt, non flectunt, non adducunt ut puncto temporis citius quam constituerant, locum semel captum relinquunt. Vagari, circumvolitare ferro igneque armatos hostes facile patiuntur. Vbi nihil ab Regiis relictum in propinquo vident, in quod sequere ira posset, rediereque Franci in castra pleni puluere, ac sudore, sequere exarmant: tunc Flandri in omnem occasionem intenti, e superioreque loco oia conspicati, ac quonam loco tabernaculum Regis excitatum esset, exploratum habentes: decurrunt tam rapide, ut prius pene in castris versarentur, quam quidnam rei foret, cognosceretur. Sublato truci clamore, Regium tabernaculum petunt. Fortuna Francie eo die Regem texit. Flammulam, & paucos preterea semiermes circum se pro tabernaculo stans, habebat. Hi primum impetum sustinere, quoad reliqui milites armam caperent. Tanta quidem celeritate ex omni parte castrorum recursum, ac ad caput rerum Regem conuolatam, simul tanta virtute res gesta, ut tentoriis tabernaculisque momento disiectis, velut libero campo pugnatum sit. Rex equo impositus: ac suos cohortatus, exemploque incitans, cruentam funestamque hosti audaciam effecit. Pugnabat egregie Collinus, diuque Regios tenuit, suosque tegebat: ubi confectus vulneribus corruit, tunc certa Regiorum victoria, cedens in hostem vertit. Ad duodeviginti millia cecidere. Casletum repetitum, captum, direptum, incensum. Ludouicus Comes domum restitutus, admonente Rege ita dominaretur, ut non iterum necesse Francie foret eum domum armis reducere de motu authoribus supplicium sumpsit: horum circiter sex millia extitere. Canutus ad Ducem Brabantie refugit, ab eo Regiis reposcens redditus, Lutetiamque in vinculis ductus, ac neci deditus est. Rex Flammulam eadem Dionysii restituit: supplicationibusque ac gratiis Numini ac sanctis martyribus habitis. Rem sacerdotum composuit. Pretores Regii conquirebantur omnem iurisdictionem ab Regiis tribunalibus ad sacra delapsam: multo plures causas profanas & inter profanos controuersias cognosci diiudicarique ab Episcopis reliquisque sacerdotibus quam a Regiis Pretoribus. Quicumque, quacumque de re sacerdotum decreto non steterit, continuo templis arceri, piorumque communicatione moueri: eoque deuentum esse, ut qui soluendo non sit, ei aqua & igni interdicitur. Sacerdotium Ducibus Episcopis ad Regem conuenit. Pro iurisdictione Regis, verba Petrus Cunerius fecit: ut quae dei sunt, deo, quam Regis, Regi daretur. Bertrandus Eduorum Pontifex causam templorum

iurisdictionēq; tutatus est : Reges, Augustosq; fando deuocauit de
 celo, Magnū, Pium, Diuū: eorum opem implorauit: vt qui in vita ar
 mis texissent ecclesias, liberalitate cumulassent: nūc diuinitatis parti
 cipes, desertas nollent. Enumerauit quot Reges, Ducesq; templorū
 hostes, foedū atrocēq; exitum habuerint: Quot pii sacerdotiorū pro
 pugnatōres, & uiuī, & mortuī, gloria, imperio, prolis fœcunditate,
 diuturnitateq; domestici imperii fructum amplissimū perceperint.
 Qui vero de sacerdotio victo triūphū ac palmā petiuerint: misero
 exitu pœnas superis dedisse. Institutis religioneq; animorū, vitā cō
 munē constare. Nihil exortū exoriri posse, cur quę p tot hominū
 per tot deinceps Regum ætates seruata sancteq; culta sint: nūc de
 mū labefactentur, euertantur ve. Regū maiestātē iuraq; templorum
 sanctissimis moribus Numineq; sanciri, ac vtrāq; rē immortalitate
 donandā. Prima actiōe nihil constitutū est. Cū ampliatur, die diuo
 Thomę Cantuariensi festo cū patrū frequentī globo Bertrandus
 Regem adiit, admonuitq; illū illuxisse diem, quē pro libertate eccle
 się Thomas sanguine suo consecrasset. Respondit Rex omnia sibi
 curę futura. Anceps vox. Bertrādus vt certius letiusq; eliceret respō
 sum, orauit vt qui diuinitus vocatus fuisset ad sceptrum, ambiguo
 responso non dimitteret tristes ab se sacerdotes, qui quotidie rē di
 uinam pro eo facerēt. Tunc Rex: iura (inquit) ecclesiarū auxerim
 potius q̄ imminuta velim. Gratias vniuersi egere. Rex Catholici
 cognomen promeruit. Anglus iuuenis Rex nondū in Philippi Re
 gis verba iurauerat: Ambianos venit: fidēq; suā obstrinxit nomine
 Aquitanię, qđ pater maioresq; beneficiū a Francis Regibus acce
 ptū agnouissent : ac Comitatus Pontiuensis iure, quem eius matri
 Pulcher Rex pater dederat. Ambianos quatuor Reges cōuenerāt,
 Francus, Anglus, Boemus, Balearicus. Francus insignia sacrę in bar
 baram religionē militię suscepit. Bellū in Bauarū a Pontifice Maxi
 mo decretū iam consenuerat, qđ Petrus falsus Pontifex a Bauaro in
 Germaniā redeūte Pisis relictus a Bonifacio Pisano Comite comp̄
 hensus, ac Auenionē ad Pontificē Maximū ductus, in perpetuā tra
 ditus custodiā fuerat. Ioannes Pōtifex decessit anno eius seculi quar
 to & tricesimo. Successit Benedictus Tolosas. Francus classē ad
 sacrū bellum in ora Prouincię parari iusserat, eāq; ipse cum illuc se
 contulisset, conspexit, auūculiq; sui Ludouici Tolosatiū Pontificis in

cœlestes relati, ac diuinitatis miraculis illustris tēplū iniit. Auenio-
ne de ratione barbarici belli cū Benedicto cōmunicauit: ac nequid
se absente moueri domi posset, Ioannem filium quatuordecim an-
nos natum Normanię Ducem creauit, rebusq; p̄fecit: ac in eius
verba proceres iureiurādo adegit: misitq; ad Anglum vt is se sociū
sacrę militię p̄beret. Oratores Anglum belli Francici cōsilia agi-
tare cognouere: nec Catholico Regi arma procul ferenda, sed domi
exercenda. Eduardus etate florebat, domesticas res cōposuerat: cū
Scotis primū bellum gesserat: virtusq; eius in illo enituerat. Iā Fran-
ciam respiciebat. Dolebat Catholicū Regem quasdā arces in Aquī-
tania retinuisse, ac p̄sidiis Francicis firmasse, nomine multę patri
ademptas: q; Pensacensem Francis oppugnantibus cōtra bello tu-
tatus fuisset: & cū in Ambianis Aquitanię ius restitueret Francus,
eas q̄q; Aquitanię certissimā partem, tamen reposcenti sibi nō tra-
diderat. Erat imperiū nominisq; appetentissimus, & incendit multo
magis iuuenē cupiditate glorię opūq; flagrantē Robertus Atre-
bas. Is oratione legē Salicā tutatus fuerat, causamq; Valesii oppu-
gnante oratore Anglo, egerat. Quod antea fando defenderat, tunc
armis alienis, quādo suis non posset, vexauit. Nepos ex Philippo fi-
lio Roberti, qui in pugna Curtracensi ceciderat, erat: cum Matilde
amita (vt ostendimus) de Comitatu Atrebatensi litigauerat: causa
cognita, bonorū possessio adiudicata Matildi fuerat. Ea nupserat
Othoni Comiti Burgūdię. vnde quas edocuimus, editę duę Frāco-
rum Regiņę, & Ioanna & Blāda. Roberto ne omnino priuatam vi-
tam ageret, Comitatus Bellomontanus, multo minoris dignitatis,
ac opibus tenuis, attributus. Disceptatio tamen repetita, q; veteres
tabulę, quas, dum causa prius ageretur, latuisse diceret, tunc adinuē-
tę forent: quibus causa ipsius, si ederentur, adiuuaretur. Editas in iu-
re tabulas, conspectasq; falsas & aduersarii arguebant, & Rex pro
cōperto habere se dicebat, seductumq; Robertum hortatur: vt cō-
uellēdę rei iudicatę conatu absisteret. Robertus, cum etiam falsi ab
Rege insimularetur, dissimulare indignationē, temperareq; lingua
non potuit, quin diceret: se quicūq; tabulas confictas increpitare au-
deret, in eum pugnaturū, ac Marte iudice fidem facturum. Rex cū,
eo feroci dicto, ne se quidem excipi crederet, tantum certamen ani-
mi aduersus eum suscepit: vt implacabile execrabileq; odiū vtrinq;

insecutum sit. Tradūt quęstione habita palam factum esse illis proximis diebus tabulas adulterinas confectas : quibus contineretur Robertum, Roberti Atrebatium Comitis Diui Regis fratris filium, ex Matilde Brabantini Ducis filia procreatum: quo die Blandam filia Petri Britanni Ducis Philippus ducebat, ei, speiq; sobolis incessisse Comitatu Atrebatensi. Addūt mulierē quādā Betuniensem ex veteribus ac veris Roberti senis tabulis alia de re exaratis cęram integro signo transtulisse in has cōmentitias, Betuniensem satis cōstat igni traditam: sed obiecto pręterea crimine, qđ inspecta fronte mortalium, vetitissq; artibus fatidicam vatęq; se professa fuisset. Robertus in matrimonio habebat sororem Regis, ac ex ea liberos: ea affinitas iras non permulit. Vasco Flussatium Comes, matrem suā, quę soror Atrebatensis esset, probri arguens in custodiam tradidit. Atrebas fremēs friendensq;, cum dies diceretur, adesse noluit. Quicquid suarum rerū potuit, Burdegalam sub ditionē Anglorū misit: ipse in Brabantia ad Ducē propinquū se cōtulit. Rex eū hostē iudicauit. Ille ad Eduardū, relicta vxore Frāci Regis sorore duobusq; ex ea filiis Ioanne ac Carolo, in Angliam transmisit: fax ingens bellimnitansq; se Regnū Valefio, vt dedisset, ita & amoturum. Oratores vltro citroq; cōmeabant, si certa sanciri pax posset inter Francum Anglūq;. Anglus in perniciem Scoti Regis Francorū amantissimi fœderatq; incūbebat: vrbēq; nobilem ac opulentā Veruicū de eo ceperat. Euertī amicū Regem neq; fidei, neq; e re sua Francus ducebat. Robertus Atrebas plurimum apud Anglos poterat: ad arcana sanctioraq; cōsilia adhibebat: author erat belli gerendī. Francus auxilia mari Dauidi Scotorum Regi misit. Arcem Santonū, in quam oculos coniecisse Eduardū sciebat, Carolus Comes Alenconi Frāci Regis frater solo adęquauit. Hostium duces Paracolum oppidum in Santonibus de Franco cepere: & agros circa euastarunt. Flussas, Armeniacusq; Francicarum partium erāt: Alebretensis Anglicarū. Multę vtrinq; excursions, multa leuia pręlia facta: oppida ignobilia capta: & classis Francica in oram Anglię transmisit: incendiisq; permulta fœdauit. Ita bellum iam ex professo vtrinq; gerebatur. Vterq; sibi & veteres amicitias confirmabat, & nouas conciliabat. Comes Burgūdię Ioanna filia Longi Regis (vt ostēdimus) nupserrat Odoni Duci Burgūdię: ea vt Othoni auo materno successerat,

in Comitatum Burgūdię, ita auię maternę Matildi in Comitatum
Atrebatēsem. Ita Odo & suis & vxoris opibus ingēs, affinitate quo
q; inclytus erat, q; eius soror Regina Francię esset. Ioannes Cauillo
nensis Germanorū auxiliis fretus, ei bellum inferebat, cōquestus se
vectigalibus Salinarū ab illo fraudari, quę in ditioe eius ex fonte
vberrime cōficiuntur. Chancum duodequingenta dierū oppu
gnatione, obsidioneq; domitū. Vesontio in hyemem vsq; vim susti
nuit. Authoritate Frāci Regis pace facta ab armis discessum: suum
ius Cauillonensi redditū. Alia parte Hilermus Annonię Comes nu
merosę sobolis pater, cum iam duas filias collocasset, alteram Ludo
uico Bauaro, alteram Regi Anglo: tertiā filio Brabātini Ducis col
laturus erat, ea quoq; affinitate amicitia nouā Eduardo genero con
ciliaturus: Frācus iuuenem Brabantinū ad se euocatū sibi generum
asciuit. Ad hoc longinqua quę sita auxilia, nihilq; omissum intenta
tūve, quo iuuari Franciā posset: veteresq; amicitia nouis necessitu
dinibus cumulate, Ioānes Boemię Rex, filius Hērici Cęsaris, postq̃
Italia decesserat Bauarus: Longobardorū factionibus vocatus, inui
tatusq; illuc copias duxit. Cūq; eius spei rerū exitus nō responderet,
oblatam deducendū exercitus fortunā non spreuit. Delphinus Allo
brogum bellum cū Sabaudis (vt inter finitimos assolet) ob finiu
controuersia gerebat: bello inclytus, sed alienarū vxorū pudicitie in
festus. Boemus auxilio illi socio amicoq; cum ire cōstituisset: filius
eius Carolus (vt Pontifex Pius narrat) per quietem visus est sibi vi
dere viri diuina specie p̃diti iussu p̃stati iuuenē forma editiorē in
locū raptū: detractaq; veste exectū: sibiq; interrogati, cur & quisnā
tā egregia indole adolescēs, tam fœde atrociterq; haberetur: respō
sum, Delphinū aliena cubilia attrectare solitū meritas poenas Nu
mini dare. Somniū filii in presentia elusit pater: bidui viam progres
sus, certū nunciū accepit, Allobrogem in oppugnatione oppidi vul
nere accepto decessisse. quod minus memorabile, & fortassis vanū
credi posset, nisi sub idem tēpus occubuisse telo hostiū Delphinum
eius gentis Annales authores essent: & in agro Parmēsi, vbi noctur
na quiete id obuersatum fertur, eadem virginis, vt monimēto foret,
Boemū struxisse, locupletasseq; vectigalibus: hancq; rem testatū ta
bulis Boemi Regis legisse se Pontifex tradidisset. Delphino frater
successit, Francus inter gentes cōciliandę pacis author, vtrosq; sibi

foedere iunxit, militēq; mercede inde conduxit. Ioannes Rex cū filio
 Carolo in Franciam venit, filiāq; Bonam Ioanni Franci filio maiori
 collocauit: genitam ex Beatrice sorore Ludouici Claromontensis
 Comitis. Hic Comes diu Regis ex Roberto filio nepos, cū auo ma-
 terno in Borbonii dominatum successisset: authore Rege, primus
 omniū Dux Borbonii deinceps vocitatus est. Flādrī timeri poterāt
 ne Anglis animos acclinarēt. Clades p̄ multas acceperāt a Francis,
 quarū recētī adhuc memoria, vt certiorē tādē pacē a Franco Rege
 impetrarēt: missis vniuersę gētis cōsensu Auenionē oratorib⁹, apud
 Pontificē Maximū de integro fidē suā sanctissimo iureiurando de-
 uinxerūt, se fide officioq; erga Francū Regē nō decessuros: vbi fal-
 lerent: nō abnuere se, quo minus eis extēplo sacrificiis interdiceret:
 decies centum milliū aureorū a Francis multa irrogaretur: idq; op-
 pignerandę fidei vinculū accipiētibus Francis, piū seruandūq; san-
 xerat Pontifex. Nec Hispania neglecta. Tarraconensis cū Nauarę
 Rege bellabat: agente Franco cōciliāteq; ab armis nullo dū cruore,
 nec irritatis vltra armis discessum. Nauarę Rex, idē Comes Ebu-
 rouicū cōsanguineus Frāci: facile volūtati eius cessit. Tarraconēsis
 foedus amicitiaq; vltro a Frācis oblatā nō repudiāuit. Ita Philippus
 Rex cōsenescētibus sacri belli cōsiliis, aduersus Eduardū vndiq; fir-
 mamenta rerū suarū q̄rebat: animo p̄sagiens quanta moles belli im-
 pēderet. Nullū em̄ atrocius Anglico arma Francorū exercuit: nullū
 diutius tenuit: nullū maiore cruore, cōtentioneq; gestū: nullū sepius
 repetitū, neutri gentium lætum: rei Christianę calamitosum: piis
 luctuosum, hostibus religionis exoptatū. Anglus incēdēte Atreba-
 te, nō arcē Santonū, non ignobilia oppida amissa, nihil mediū, nihil
 humile animo versabat: suū esse ius Frācici Regni p̄dicabat: se Phi-
 lippī Pulchri nepotē filia ortū, potiorē esse qui ad solū Francicū in-
 fidendū vocetur: qui auo, qui auūculis succedat: q̄ Philippū Valesiū
 qui a Philippī Pulchri patre oriundus stirpe remotior, Regnū inua-
 deret: se & impuberem & absentē excluderet: ac tot retētis, euersisve
 Aquitanix arcibus, ne pacem quidem Ambianensem sanctā velit.
 Se antea immatura improvidaq; ætate falli circūscribiq; potuisse:
 nunc florentē iam annis & vsu rerū bellorūq; edoctū persecuturum
 ius suum. Hęc & sponte, & Atrebate authore agitabat, prædicante:
 quādo iudice Philippo Valesio in causa Atrebatensis Comitatus

victus a Matilde discesserit, se iudicium Valefii secuturum, ac matronarum matrisque Eduardi iura, ut antea oppugnarit, defensurum: & viri fortis, & summi Ducis, & indolis Regie, Eduardique esse, proposita pari alea, potius de rerum summa, quam de beneficiariis oppidulis bellum capeffere. His stimulis incitatus Eduardus, clarissimos viros in continentem Legatos misit, ad socios armorum, amicosque cause sue comparandos, in Hollandiam appulere. Exin in Flandriam profecti, oppida gentis circuibant, si a respiciendo Franco in sui studium auertere possent. Amplissimo venerant comitatu, splendidissime victitabant, epulis apparatusissime structis inuitabant, accipiebantque: vasis argenteis expositis, magnificentia luxusque, cum comitate hilaritateque in eis certabat: quibus artibus vulgus maxime, imperitique promouetur alliciunturque. Iacobus Arreuilla, obscuro genere ortus, apud plebem eius gentis plus poterat quam Comes: Anglis cupiebat muneribus captus: nihil eius vite per vim obesse poterat Comes, quod custodes corporis presidiumque circa se habebat: plebeiorum preterea oculis vigiliisque tutus. Nec id mirum, eius ordinis hominem Eduardo suffragari, cum nobilitas Philippo Regi studeret: illud insolens videbatur, quendam & sanguine & factis militaribus nobilem Francum, nomine Curtesienum, Gandauum profectum, frequentem cum Anglis conspici, ac occulta etiam serere colloquia. Hunc ad se euocatum Comes securi feriri iussit. Continuo plebs id indignum vociferans ad arma discurrit, cedesque aliquot ministrorum Comitum facta, ipse Malam concessit: cumque tumultus resedisset, per causam laxandi curis animi, venandi que, cum canibus plagisque ac venabulis egressus, in Franciam cum vxore, ac paruo filio se contulit. Anglica classis appulsa Chagantum expugnauit diruitque locum maritimum munitissimumque, ac Comitum presidio firmatum, ubi egregie propugnans Henricus patruus nothus Comitum in potestate hostium venit. Concilio Flandrie habito, cum auctore Iacobo, conuenissent oppidorum consules, petentibus Anglis ut foedus fieret, sequi Francorum hostes profiterentur, id quidem publice abnuerunt. Tamen decretum ut Flandris Anglisque mutua commercia essent, vltro citroque sine noxa utrisque in alterius gentis agros, vrbesque comere, quamtolibet comitatu, liceret: quando res Fladrica lanificio emporiisque constaret, arcendos Anglos non videri. Sed Iacobus totus Anglorum erat: bellum graue prospiciebat imminens: nec inermem questum mercaturamque, sed armatam Anglorum manum iam mari affuisse, & terrestres vi-

res affuturas. Gulielmus Comes Annoniæ iratus Franco Regi ob generum interceptum, rationem excogitauit distringendi noua necessitudine Brabantini Ducis: instandoq; peruicit, vt illius soror Ioanna filio suo desponderetur. Dux Geldubensis sororem Angli in matrimonio habebat, Bauar⁹ Cæsar, Annonis gener, alienior a Frāco erat, q; consilia Pontificum Maximorum regi nutu Francorum sibi persuaserat: nec ad eam diem agendo moliendove supplex, armatusve, impetrare potuerat, vt sibi a Pontifice Maximo benediceretur. Secundissimis igitur auribus audiuit oratores Anglos de fœdere sanciendo, societateq; in Francos armorum ineūda. Ipse etiam Eduardus in continentem transmisit: cum Cæsare locutus, impetrauit vt ab eo vicarius Imperii in Germania Galliaq; institueretur: vt ea potestate Augusta auctus, beneficiarios Imperii Romani proceres pro Imperio cogeret ad nomina danda in Philippū Valefi Comitē (non enim Regem Franciæ vocitabat) iam a Bauaro hostē iudicatum, q; oppida imperii Romani obtinere eum diceret: in q̄s Cameracum, circuniectosq; finis, Cameracenses alieniores a Bauaro Cæsare erant secuti Pontificem Maxi. qui eum cōmuniōne piorum mouerat. A Bauaro Angloq; missi sunt qui Franco bellum indicerent. Sub quod tempus Hilermus Anno, Comes, decessit. Eodem nomine filius successit: is patruusq; Ioannes Bellomontensium Comes, Anglo non deerant: sed certiores acrioresq; propugnatores partium Anglicarum erant Dux Geldubensis, Marchio Iuliacēsis, Pontifex Agrippinensis, Brabantini animus anceps videri poterat. Eduardus in eius ditionis fines profectus, peruicit vt partes Cæsaris profiteretur: ex Brabantia Valterus Manius cum paucis Anglorum turmis profectus, Annoniamq; emensus, in Samarobrinenſium fines aduolauit: repentinocq; aduentu, Tuinum oppidum arcēq; patentibus, vt nullo tali metu, portis, ingressus: Præfectum, Præsidiumq; inermes oppressit. Nec desidebant Franci: classe orę Anglię appulsa Antōnem urbem cepere, diripere, prædaq; repletis nauibus domū reuerrere. Anglus Rex longe maximo coacto Germanorum, suorumq; exercitu, Cameracum profectus, excidium ciuibus minabatur, nisi sibi sacri imperii Vicario iubenti aperirēt portas urbis, quæ sine controuersia Cæsaris iuris ditionisq; esset, in quā extra fines Franciæ sitam Philippo Francisq; nullū ius foret

O

Nihil pacati responsum. Inerat egregium fidumque Frāco praesidium,
ac comēatus: & ad Peronam Viromanduorum Rex Philippus con-
federat valido cum exercitu: Tribus praeterea sociis Regibus, Boemo,
Scoto, Nauaro, in eisdem secum castris tendentibus, ac eandem for-
tunam periclitaturis. Duces sex in quibus Britanus & Lotaringus.
Sex & viginti Comites, praeter ceteram multitudinem, quatuor mi-
lia equitum, balteo virtutis causa donatorum, sub Frāco merebant.
Excepto tot Regum nomine, pari dignitate, viribusque feroces hostes,
ob Augustum etiam nomen superiores se sanctioresque gloriabantur.
Sexaginta millia pugnatorum sub signis Anglus: centum millia Frācus
habebat. Atrebas author Anglis erat ut Cameracum omitteretur, ne
ibi sederetur, ne mora tedioque langueretur impetus militum. Me-
dia aestas erat, ne res in hyemem extraheretur, in quam obsidio urbis
munitissime retentura, ludificaturaque esset tam delectum exercitum,
Scaldem copias traducendas: in ipsam Franciam de cuius iure im-
perioque agatur, eundem: vires conferendas. Hac sententia accepta,
collaudatoque amplissimis verbis Atrebate: castra mota. Comes An-
noniae, ubi ad Scaldem fluvium vetum est, quo dirimitur Regnum
ab Imperii iure, cum eum transire Anglus inciperet, comēatum sumpsit:
se in finibus imperii Vicario Caesaris dicto audientem fuisse: in fini-
bus Regni Francici in Francum Regem auunculum non pugnatu-
rum. Mouit & Frācus. Iam quatuor milibus passuum inter se abe-
rant, cum Eduardus in castra Francorum misit: qui ad pugnam con-
ferendasque uniuersas vires in posterum diem prouocaret. Exceptus
auditusque benigne, ut felix optatusque nuncius: ac cum muneribus
dimissus ab Rege, cupiditate pugnae incenso. Postridie Anglus sub
ortum solis e castris copias educit, aciem instruit, opperiens hostem:
cum duo equites Frāci exploratum profecti propius accessere: eorum
alter ubi se minime fallere sensit, circumacto equo se recepit: alterum
equus in potestatem redacto freno, inuitum transuersum vexit. Ho-
stes continuo equitem circumsteterunt: captumque ad Eduardum prouexerunt.
Interrogatus quid Frāci agerent, quid acturi viderentur: respondit, Re-
gem pridie eius diei iussisse ut omnes parati essent ad pugnam, &
nunc milites arma capere, equites equos sternere, frenareque: Flāmu-
lam pro tabernaculo Regis explicatam, splendore armorum cun-
cta fulgere: alacri fremitu, mutuaque exhortatione animos ad vir-

tutē excitari: Regē cū delectis p̄cerib⁹, sanctioreq; cōsilio, de ordine, locoq; suo cuiq; ducū tribuēdo, acieq; instruēda cōsultare. Eques is Ioāni Comit̄is Annonis patruo tūc forte latus Anglī Regis tegēti notus, ac veteri familiaritatis vsu iunctus erat: eo p̄bitatis fideiq; teste, facile fidē Anglo fecit: eoq; redēptionis spōsore dimissus & ab Rege, & ab iis q; ceperāt, ad Frācum reuertit, ac quę viderat renūciavit: stare iādudū sub signis hostes, ardore animi oculos Eduardī micare: signa in cāpis Anglica simul & Germanorū & sua cuiusq; Ducis & gētis vexilla, Imperiūq; aquilas cōspici: ais dextrisq; omnes paratos expeditosq;, tm̄ nō dari ad procurrendū signū: hostēq; quo cū confligāt. Rex cōtra eundū, prēliū cōmittendū censebat. Procerum seniores veteraniq; Duces orabāt, ne publicā salutē fortune libidini, vniūsq; prēlii aleę cōmitteret. Si pugna vicisset nō ea re Angliā Eduardo, nō Germaniā imperio adēpturū, sibiq; quęsiturū: si quid (vt bellicę res sunt) casus ferret, Frāciā amissurū: Vanis minis inanibus ais vagarētur, circūuolarent, per cāpos ferrentur: hostes feroces in p̄sentia verbis, spūs paulo post deposituros, nihil eos bonę spei (quę qdē diuturna sit) cōcipere ais posse: q; repulsi a Samarobrīna fortunā prēlii p̄clitari cōstituāt: nō eorū arbitratu res gerēdas, nō illis quod vnū, quod cupiant reliquū sit dāndū: ceteris conatibus exclusi, prēlio quoq; p̄hibeātur, & hac etiā frustratiōe illudantur. Roberti Regis oratores viri fortes cōsilioq; validi apud Frācū Regē in castris erāt: verbis Roberti orabāt, obtestabant̄ pugna ne fieret. Addūt nōnulli Robertū mathematicis artib⁹ cōpertū habuisse, fore vt Philippus Rex ab Eduardo Rege cladē acciperet, quantā Frāci ad eā diē nunq; accepissent. Id fatū, ea sors Philippū Regē manebat, qđ aliquot post annis implebit̄. Anglus stando expectādoq; in armis fessus, reduxit i castra exercitū. Postridie Germani Duces qui in spem p̄pinque glorię, p̄miorūq; venerāt: lōgius segniusq; bellū p̄spicientes, maxīma pars domū spectare, & de reditu inter se agere cōepere. Anglus pigritiam etiā in vultu militū externorū, nec quam ante alacritatē cernens, eos dimisit: ipse in Flandriam suos ex hostico deducit: si gentem percellere posset, vt se hostes Frācorum p̄fiterent̄, pollicebat̄ se illis ea tria oppida de Frācis recuperaturū, quę pignoris noīe p̄sidiis Frācorū teneri, ac velut a corpe Flādrici nois auulsa dolerēt. Videbat eos vereri, ne suamet iporū lege dānarē


1100
1114

tur quā sibi pręscriperāt, si a Franco Rege deficerēt impij censerētur noxāq; ingētī pōdere auri luerent. Ad hoc si in causam Anglorū descēderent, ne forte recōciliata inter Reges pace, ipsi deserti omnē iram Francorum capitibus suis exciperent. Iacobus vt ea dubitatio omnis tolli posse videretur, psuasit Eduardo: vt Rex nō Anglię modo sed & Francię scriberet, vexillis, parmīs, signis liliatis etiā vteretur: ita fore vt spem pacis cū Philippo Rege iungendę respicere vltra non possit, tantę rei cōtrouersia, tam illustribus monimentis, gētilitūsq; ac immortalibus testata: simul Flandris nullam pœnā, nullā sponsonē cōmissum iri si Frāco Regi verbis deuincti, Eduardo Regi & Anglię & Francię scribenti, dicto audiētes fuerint. Hoc cōmēto ab Iacobo fides elusa. Anglus nullā dum terrę Salicę partem nactus, Rex Francię ab suis Flandrisq; salutatur. Atq; ita scribendū, signandūq; initium fecit: ac in vexilla lilia trāstulit. Pontifex Maximus Flandrię, sacrificiis interdixit. Philippus Rex in oppidīs hosti propinquis valida pręsidia collocauit: reliquumq; exercitum dimisit. Et Anglus relicta Gandauī vxore Regina ac Salbariēsi, in Angliam rediit ad rem nūmariam expediendam, ex qua iam laborabat. Quā fortunam oblatam Francus non omisit. Ad filiam sororis, vxorem Ludouici Bauari oratores inclytarum familiarum misit: Eamq; Reginam Augustamq; quod ad eam diem non fecisset, salutauit: petiuitq; vt Augustum maritum Franco nomini, ipsa Francico sanguine orta, conciliaret: inter Francos Reges Cæsaresq; vetustissimum fœdus intercedere, quod ipse sanctum & immortale optaret. Bauiarus, cum Anglus quod conuenerat, aurum non penderet, cū Frācus amicitiam peteret, fœdus cum hoc percussit: Angloq; Vicariū nomen iusq; ac prouinciā quam attribuerat (vt Germani authores, quos equidem legerim, tradūt) abrogauit. Interea excursiones vtrinq; leuiaq; pręlia facta, Flandris Annonibusq; in fines oppidorū Francicis pręsidiis infessorum, & Francorum pręsidiis in hostiū cum delatis prędasq; abigentibus. Salberiensis dum cum ducentorū equitū ala circunuehitur, exploratq; quā ratione insulam tentare, ac aliquid egregiū facinoris, absente Rege suo, edere posset, eruptione pręsidiū circūuentus capitur ipse, ceteris fuis cęsis ve Lutetiam in custodiam missus. Ioannes Regis filius primū Scandouerium oppidum expugnauit: deinde Tuinum obsedit, tormētis mu-

ros quassabat. Præsidium noctu igne tectis iniecto, in Scalde flumine quo mœnia alluuntur, deprehensis nauibus in vltiorem ripam traiecere. Francus ingressus ignem restinxit. Hęc terra. Mari, anno eius seculi quadragesimo, trecentarum nauium classis Fracica, additis octoginta Britanicis nauibus, nauarchis Hugone, ac Nicolao Variobarbo, pro Clusis Anglicarum partium oppido stabat. Eduardum Regem appulsu littorum prohibitura, simul Flandros ne se rursus illi coniungere possent, interclusura. Erant in ea vilia capita, paruoque ere merentia. Anglica classis superuenit: in qua Eduardus, Atrebasque, ac summi Duces, proceresque, factis genereque clarissimi erant. Pugnatum est acerrime sex continenter horas: superiores habiti hostes vento etstuque eorum naues concitatas in Francos terente: & ex littore Fladris propugnatis, ac terram preterea infestam Franco facientibus. Hęc pugna numero hominum Francis, nobilitate desideratorum Anglis luctuosior extitit. Vtriusque circiter triginta millia periisse ferunt. Eduardi femur iaculo traiectum. Angli terram tenuere: quod reliquum Francis fuit, Normaniam petiit. Hugonem in potestatem viuum redactum Eduardus e summa turri mali suspendit: vulnus suum eius supplicio vltus. Exin vulnere percurato, supplementoque ex Anglia accersito, ac ex Transrhenana, Cisrhenanaque Germania, non publice quidem milite missio, sed voluntariis contractis conductisque, ac Flandrię superioris iuuentute vltro nomina dante, Tornacum ducit: eamque urbem obsidet: dum ex composito Robertus Atrebas, ex inferiore Flandria ad triginta millia hominum armat. Is ad Fanum Odomari ducebat. Cum prope Casletum ventum est, Flandri memores cladis quam eo loco a Francis acceperant: ultra se progressuros negant. Ille, que (malum inquit) ratio est hic in limine ipso subsistere: En, quia euulgari cogitis, que filii comodus foret, legite has literas: ut sciatis res vestras secundiores ac magis cordi superis esse quam optare ausi fuissetis. Simul falsas an veras literas recitat, in quibus a proditoribus Fani Odomari vocari eum a parte oppidanorum scriptum erat, quod bilingue illud oppidum factionibus laboraret. A presidio Francorum Duceque Burgundię obtinebatur. Continenti igitur itinere eo peruentum, pugnatumque cum erumpentibus. Atrebas instando, cedendoque satis procul a mœnibus Burgundionem elicuerat: circummissa turma delectorum equitum intercluserat Ducem in urbem reditum: quod limes, quo longius a mœnibus recedebatur

eo latius patebat, ppius portam in arctiores cogebatur angustias
& flexuum circuitu oberrabat. Sed necessitas ac manifestum peri-
culum Duci virtutem auxit. Paucitas etiam beneficio loci par mul-
titudini erat. Atrox fuit pugna. Fusi Flādrī & e muris petiti: qui ab
tergo se obiecerant, angustis quas ipsi quæsierant impediti, multis
amissis Hypras se recepere. Ad tria millia cęsi. Atrebas irā Flādro-
rum veritus ad Anglum in castra se Tornacū recepit. Ea vrbs acer-
rime oppugnabatur. Qui Frācorum in præsidio erant, egregie pro-
pugnabant, eruptiones etiam faciebant. tandem clausi mœnibus se
continebāt, eaq; virtute tutabantur, nihil laxamēti hoste dante fessi,
affectiq; ope subsidioq; indigebant. Rex in Atrebatibus copias ha-
bebat, certior factus obsessos laborare, mouit, ac sex milliū interual-
lo ab hoste locum castris idoneum cepit natura tutum, & flumine
vna parte munitum: duoq; millia equitum delectam manum noctu
in urbem intromisit. Id spem potiundę vrbis Eduardo ademit: audi-
req; cepit oratores socrus sanctę scēminę: quos antea aspernatus
fuerat. Eadē soror Franci erat: illa agente induciā in trienniū factę
inter Francū Anglūq;. Captiui vtrinq; dimissi. Flandris multa remis-
sa. Exoratus Pontifex. Sacrificiorū ius restitutū. Comes domū redu-
ctus. Quiquaginta dies obsidio Tornaci tenuit. Scotus Rex domū
classe Frācica trāsmisit. Boemus in Francia restitit. Ioannes tertius
Dux Britānus ex castris Frācorū domū proficiscēs in itinere obiit.
Eburouix Comes, idem Nauarę Rex, bellū sacrū professus: militem
Francum aduersus religionis hostes duxit.

Nonus Liber.



BELLVM INTER DVAS COGNATAS
 Regias Francicam Anglicamq; velut auersan-
 tibus superis: armaq; piorum in cōmunē oīm
 nostrum Christi; hostem auocātibus: nondū
 armis ad Tornacū positis, allatū est Hispanos
 a Saracenis semel atq; iterū acie victos, opē ex-
 terorum Regū implorare. Tres summi Africę
 Reges quorum nobilissimo noīe fuit Bal-
 marimus, in Hispaniā transgressi, ac cum ve-
 teribus Saracenis Beticam incolentibus, eorumq; Rege, coniunctis
 nostros, terra mariq; congressi, vicerant. Agris potiti, fugatisq; cul-
 toribus vrbes obsidebant. Adueniēte cum Franciis Nauaricq; Ebur-
 rouice, duo Alphonfi Reges, alter Castulonensis, alter Lusitanus,
 refecta spe: opeq; diuina aduersus pietatis hostes implorata, fortu-
 nam prælii tentauere. Signa collata. Dimicatum summa contentio-
 ne, cum tres nostri Reges cum quatuor barbaricę Regib; duplici,
 eaq; recentī victoriā, ferocibus decertarent. Vicere nostri. Castra ho-
 stium capta, plena omnis opulentię Regię priuatęq;. Maxima pars
 barbarorum cæsa: Reliquis trepidis Beticā receptaculum fuit: quę
 ea lue purgari, nisi hac demum ætate nostra, non potuit. Signa de
 quatuor Saracenorum Regibus capta, in Galliam ad Pontificem
 Maxi. Auenionem delata tēplisq; affixa. Habite supplicationes: gra-
 tię, laudesq; deo Opti. Maxi. habite actęq;. Eburouix morbo deces-
 sit. Bellum Britannicum exortum. Ioānes Dux Britannię, Petri Du-
 cis ex Ioāne Rufo filio Duce nepos Lugdunū oppressus ruina muris
 filium Arturum reliquit. Is Dux duobus deinceps matrimoniis li-
 beros tulit: ex Beatrice Vicecomite Lemouicum, eadē domina Aue-
 narum in Annonibus, procreauit Ioānem tertium, ac Vidonem: ex
 Iolantide Comite a Monteforti progenuit item Ioannem, cui nupsit
 soror Ludouici Comit̄is Flādr̄i. Ex Vidone nata est Ioāna, & cogno-
 mine, & offensa corporis Clauda. Ioānes tertius Dux nullos genuit
 liberos superstes fratri Vidoni. Anteq; Tornacum proficisceretur
 Claudam fratris filiam nuptui dedit Carolo Comit̄is Blesensis mi-
 nori filio ex Margarita Philippi Franci Regis sorore suscepto. Mor-
 tuo Ioanne tertio, eius frater item Ioannes iure materno Comes a

Monteforti, prædicans se legibus vocari ad Britanniam obtinendam, Nanetes occupauit: fratrumque aurum quod in Lemouicum arce asseruabatur, illuc profectus, sibi depromi iussit. Exin Brestum, quod oppidum arcemque præsidium Caroli Blesensis insederat, regressus ad deditionem compulit. Redones etiam in potestatem redegit: & Veneti se aduenienti dediderunt. Postulabat ab Rege Franco, ut se in fidem reciperet. Britannicæ Ducatum esse beneficium Francorum Regum. Aduersarium habebat Carolum Blesensem: is uxoris Claudæ causam agebat: illam esse Vidonis filiam: qui pater, si uiueret, sine controuersia successurus fuisset, Ioanni tertio defuncto, quod ab eo frater secundus natus foret: Ioannes uero, qui nunc fratrum reliquus esset, tertius numeraretur: ac equum esse eodem loco filiam haberi, quo pater, si uiueret, haberetur. Hoc in multis aliis publicis priuatisque causis constitutum, obseruatumque. Ille contra tendebat: testabatur recentem etiam num memoriam: & id quod secuti fuissent Patres Parisienses Franciæque Compares in Comitatu Atrebatensi si adiudicatio Matildæ amitæ, excluso Roberto fratris filio. quod si mulieres in hæreditatibus paternis præferuntur fratrum iam mortuorum filiis, multo equius esse se uirum, se patrum, præferri femine Claudæ fratris iam mortuæ filie, quando iam in Roberto Atrebatensi huius causæ præiudicium factum sit, filios filiasue patrem in Ducatibus Comitatusque non referre, non eodem loco, non eodem iure censendos. Se Ioanni Duci tertio fratrem, uno gradu propiorè esse, quam Claudam fratris filiam sit. Hæc pluribus uerbis, summaque contentione in senatu, sedentibus Comparibus, præside Rege, acta. Secundum Blesensem sententia lata: statutumque aliam aliorum Ducatum, Comitatumque causam: nec Atrebates eodem iure agere, quo Britannos. In causa Atrebatensi palam factum, edoctosque iudices eodem mulieres iure quo uiros esse ad Comitatum Atrebatensem obtinendum: nec patrum representandorum consuetudinem in Atrebatibus receptam. Ioannes id iudicium non equo, iure uel, sed e uoluntate in gratiam Regis, qui Blesensis auunculus esset, factum ratus: relicta in Nanetibus uxore, filioque Ioanne adhuc puero, ac amicorum fidelissimis, qui res interea tutarentur: in Angliam, quo Atrebas antea pari dolore traiecerat, profectus: cum Eduardo Rege fœdus percussit: domumque ad suos reuersus, die ab Franco dicta, quidecim diebus, antequam dies

dicta appeteret, Lutetiam se contulit. Accusabatur maiestatis, q̄ dicetur se, Britanniae nomine, Angli beneficiarium professum: ac ea re in illius verba iurasse. Id se fecisse inficiatus est: nihilo secius ab Rege iussus diem opperiri, quae dicta ei fuerat, nocte insequenti clam Lutetia profugit. In eum extemplo duxit Carolus Regis filius Dux Normaniae, ut rem iudicatam, armis exequeretur. Blesensiq; in professionem iret. Nanetes obsessi, cum aliquandiu etiam oppugnati fuissent, tandem deditiōnem fecere. Captus ibi Ioannes, ac Lutetiam in custodiam, in arcem Luparam missus. Vxor Clauda filiusq; paterno nomine Ioannes in Redones se receperant. Mulier haec consilio virtuteq; amicorum bellum cum Blesensi gessit, regresso ad patrem Regem Duce Normanorum, Hembotum profecta in Angliam oratores misit ad auxilia ex foedere accersenda. Interea Carolus Blesensis Redones arcta obsidione, acriq; oppugnatione ad deditiōnem compulit, Hembotum adortus, cum vna parte omni robore exercitus moenia tentaret, Clauda relictis egregiis eo loco propugnatoribus, cum reliquis suorum alia parte, ferro igneq; armata in hostium castra paruo circuitu erupit: ea q; praesidio vacua nacta incendit. Tandem Anglica auxilia superuenere: solutaq; ea obsidio. Clemens Sextus, qui patria Lemouix, in Benedicti defuncti locum susceptus, Auenione sedebat: author extitit ut induciae de Britannicis etiam rebus in biennium fierent. Clauda cum filio in Angliam traiecit. Nobilissima mulier benigne excepta cultaq;, eius filio nondum puberi pacta fuit Angli Regis filia nondum adulta. Vbi dies induciarum exiit, Clauda classe Anglica cum Roberto Atrebate in Britanniam reuertens, coacta est cum Francica classe pugnam inire: inter dimicandum exorta foeda, atrocisq; tempestate: ipsa cum suis, cum hostes altum disiecti peterent, terram tenuit. Venetos, quos adueniens recepit, paulo post Francis Blesensi auxilio accurrentibus, amisit: trepidatione iniecta, q; Atrebas, dum soluere obsidione clausos conatur, in pugna vulnus accepit: ex quo paulo post, Angliam (ut procul a belli periculis facilius curaretur) mari repetens, medio in cursu obiit, ingenti Anglorum desiderio. Eduardus tali Duce amisso, Britannicum bellum per seipsum gerere constituit. Venetos obsedit. Dinanum & obsedit, & cepit, Pontifice Maximo per Legatos agente

inducię inter Anglum Frācumq; in alterum triennium redintegrāte. Ioannes Comes a Monteforti certis conditionibus dimissus, nō ita multo post, morbo decessit. Ius cōtrouersum causaq; dubia, utrū patruī an fratrum filiī ad res, imperiaq; obtinenda vocandi sint, in gentium toto terrarum orbe motuum origo extitit. Carolus primus Rex Sicilię, id quod edocuimus, procreauit Claudum. Is ex Maria Vngara cohortem liberorum sustulit, in primis Martellum, Ludouicum, Robertum, Philippum. Martellus Carolum progenuit Vngarorum Regem. Ludouicus se totum deo vouit. Robertus excluso Carolo Vngaro, fratris maximi natu iam defuncti, filio: ipse in Regnum cis fretum Siculum, Prouinciāq; Massiliēsem patri successit. Tres & triginta Regnauit annos, magna imperii prudētięq; gloria. Neptes duas ex Carolo filio, cui superfuit, habebat. Minoris obscura fama, Ioānā maiore collocauit Andree Caroli Vngari Regis minori filio, ad se in spem hęreditatis euocato: animi cōscientia & religione permotus, ut ad stirpem Martelli rediret Regnum: quo eā fraudasse videri posset. Anno eius seculi tertio & quadragesimo decessit. Ludouicus Philippi Tarētini Principis, quem quartum natu Claudi filium ostendi: filius & specie corporis p̄stās & spiritibus ingens, se potiozem, ac propiozem esse ratus, qui nepos Claudi Regis, defuncto sine virili sobole Roberto, in opes succederet auitas, q̄ pronepos Vngarus foret: eum Atellę faucibus compressis necandum curauit, altero a morte Roberti anno. Ioāna sub recentem indignamq; mariti necem eidem Ludouico Tarentino nupsit: sed innocens videri voluit crimine Andree interēpti: ad eius fratrem Ludouicum Vngarorū Regem līteras dedit, simulati doloris plenas, ac velut se multis verbis purgans. Ille his omnino verbis rescripsit, Et vita antea flagitiose acta, & retentum Regnum, & vltio prętermissa, & subsequens matrimonium, & nullo dum accusante defensio tentata: hęc omnia te parricidii coarguunt. In Italiam cum copiis profectus, cum Ioanna Tarētinaq; tribus longis nauibus Massiliam refugissent, omni cis fretum Regno potitur. Carolum Ducē Dyrrhachiū, ac tres eius fratres, Ludouicū, Robertum, Carolum simul Philippū filium fratris Ludouici noui Ioannę mariti compręhendit: Ducem fontem iudicatum securi percussit. Cęteros cum in procuratione rerū Italicarū Stephanū Vauiodā virū bello clariss.

reliquisset: in Vngariam secum duxit: eosque consanguinei sibi Regiusque sanguis essent, regio cultu habuit: tamen Vngaria decedere vetitos. Clemens Pontifex Max. multiplici ignominia notato Ludouico Bauaro, cum Germanis proceribus egit: uti tot ubique malis aliis super alia exorientibus, pium Cæsarem deligerent. Ea enim tempora turbulentissima miserimamque extitere. Per Anglicarum induciarum tempus, dum quies ab armis esset: quaestionibus maiestatis exercendis Rex Francus operam nauabat. Dies in primis Lutetiam dicta nonnullis & e Britannica, & e Normana nobilitate: qui sceleris conuicti, ceruice luere. Gotthofredus Aricuriae Comitis frater, proditionis postulatus sui copiam in iudicio non fecit. Absens damnatus ad Anglum transit: altera fax belli, secundusque ab Atrebate exul peregrinis armis patriam oppugnaturus: & Magister militum ab Anglo creatus. De Bacchone, ac Perseio Anglicarum partium viris supplicium a Franco sumptum, Iacobus Arteuilla Fladrus usque adeo Anglis se manciparat, ut ausus fuerit Gandauim apud suos concionari, eoque ad hortari, ut non modo a Francis, sed & a Comite suo, qui Francorum studiosissimus foret, deficerent: & aut quem ipsis videretur nouum Comitem deligerent: aut quem Anglus daret, ab eo iura peterent. Mentionem huius rei ut nefarium sceleris detestati, eum impetu facto interemere: ac ne sic quidem ira exatiata: insepultum feris absumendum exposuere: testati nihil sibi antiquius augustiusve suis vetustissimorum stemnatum Comitibus. Anglus ubi de suae factionis hominibus poenas expeti, exempla que dira statui compertum habuit: ne sui studiosis nihil spei, nihil opis in se repositum videretur: stimulos praeterea addente Gotthofredo, duces in Vasconiam misit ad res denuo mouendas. Iam Aquitania bello ardebat: Riolam, & quaedam minoris nominis oppida receperant Anglicarum partium proceres. Ipse Eduardus cum Eduardo filio adolescentulo in Normanniam transmisit: anno eius seculi sexto & quadragesimo, Kalendis Quintilibus. Florem, roburque ac dignitatem totius Angliae, Valliaeque ac Hiberniae secum in armis ducens: Constantiensium oram maritimam plus mille nauium classe tenuisse fertur: ferrum ignesque circumferre coepit. Carentanum expugnauit: praeter impotentique ira euerit, quod Francus de Bacchone, Perseioque supplicio Lutetiae sumpto, eorum capita hac in vrbe conspecto maxime loco ad terrendam auda-

ciam proposuisset: ea: ipse venerabundus refixit: exequiarumque ac sepulturæ honorem amplissimum habuit, memoriam defunctorum omni genere laudis celebrās. Fanū Laudī, quod ibi comprehensi foret, tūm diripuit, leuiore ira, quod extēplo iussi deditōnem fecissent, aduerso rumore Rhodulphi Magistri equitū Francorū, quod nullam ex propinquo tulisset opem. Ad Cadomū tūc sedebat, quo cum postea hostis ferox venisset: tunc demū eductis in aciem oppidanis signa cōtulit. Non diu nec ancipiti fortuna certatum. Multi enim iam anni erant, cum Normani nullum hostem viderant: ensē nō strinxerāt: virtutem non exercuerant. Angli domi forisque res gesserant. Cadomenses igitur fusi fugatique, ac in urbem compulsi sunt: vnoque agmine ipsi, ac hostis victor tergo inherens ingressi. Magister equitū ac Ioannes Comes Tancredouillanus, cum paucis præterea nobilibus turrim occupauere quæ ad caput pontis sita fluuio imminet: nec magna vi adacti se dedidere, cum plus cædis in vrbe fieret: quàm quantum in acie editum fuisset, quod e summis tectis fenestrisque domorum hostes peterentur, viris, mulieribus, senibus, puerisque incessentibus. Plus quingentos viros fortes Anglus amiserat, necdum cædis finis. Quo dolore motus, iubebat Gotthofredo vt ignem tectis passim inferret, urbemque deleret. Ille se quidem facturum quicquid imperaretur præfatus: rogauit tamen vt etiam atque etiā videret, fieri ne id posset sine maiore suorum iactura: ingentē esse oppidanorum multitudinem, qui si faces ingruere senserint, maiore furore perciti, inultū perituri non sint: nec prius suo quàm hostium cruore ignem restincturi, integrum ac prope illibatum adhuc Francicum bellum esse: vitæ militum prospiciendum: ne multorum quidem hostium necem vnus Anglici militis morte emendam. Si veniæ spes proponatur Cadomensibus, ab amentia destituros. Collaudauit, accepitque cōsiliū Rex. Præconium circummissum, vt inermibus deditibusque se ac domos parceretur. Id vnum officium Normaniæ præstitit Dux oppugnandę patriæ. Is finis cædis. Incendio huius urbis temperatum, ea tūm direpta. Arcem qui in eius præsidio relictū fuerant, nihil casu oppidi territi egregie tutati sunt. Multa minoris nominis oppida capta, incensaque prædaque ingens parta: ea cum captiuis in Angliam missa. Francus Rex pugne cupidissimus misit qui prouocaret ad signa equo loco conferenda. Respondit hostis se in finibus Parisiorū cer

tamen non detrectaturum: ac teste spectanteq; Regia vrbe periculum virtutis facturum. Domesticas copias coegerat Francus, & auxilia accersierat externa. Ioannes Rex Boemiæ, ac Carolus eius filius eisdem ferme diebus a Germanis proceribus repudiato Bauaro, Cæsar delectus, cum aliquot turmis affuere, numerus non traditur. Rhodolphus Lotaringus Dux, trecetos delectos equites adduxit. Flandrus Comes quibus cæso Arteuilla perspexisset popularium fidem, non magnam tamen nobilitatis manum exciuit, ne procerum discessu moueri aliquid contra domi posset. Paulo ante Comes Anno cum Frisios detrectantes imperium, se illorum dominum iure esse contendens, copiis eo ductis reuocare in ditionem conatur: in acie ab illis occisus fuerat. Eius frater Ioannes Francicarum partium propugnator, liberior effectus est. Lygurum sagittariorum duodecim millia mercede a Franco conducta. Pro Regia vrbe, & deq; Germani ex composito Francus tetenderat Rex hostem opperies, vt ibi pugnaretur. Hostis alium locum denunciabat, alio dimicaturus. Emenus Normaniam, ingentiq; edita vastitate, ad Pisciacum se contulit, euulgato rumore Lutetiam iri. Sed Pisciaci sedit dum pontem in Sequana ab hoste rescissum reficeret: non magno negotio, q; sublicæ maxima pars integræ supererant, nec altera ripa præsidio infessa erat, quod opere prohiberet. Ita traduxit exercitum, frustratusq; expectationem Franci, in Bellouacos flexit. In Pontiuensem Comitatum contendebat. Ad Arenas vicum constitit: egregq; propinquum amnem traiecit, vltiorem ripam tenente Godemaro Faia, prestolatus dum ab inferiore parte decedens æstus maris vadum in flumine ostenderet. Tunc pulsus obsistentibus, Godemaroq; transmisit suos. Vix dum in illa parte constiterat, cum Philippus Rex in hac e regione conspectus sub signis paratusq; ad pugnam. Sed reciprocans æstus amnem refluxum inflauit: Francosq; circumspectantes quam hostem assequerentur, interclusit: noxq; oppressit. Postero die traducte copie: tertius ad proximum oppidum explorando itinere, consilioq; hostium circumactus: quinto Rex, proceres ad virtutem laudemq; incitauit, in primis ad concordiam exhortatus, in acie fraternam inter se charitatem prestarent. Anglumq; in quem arma gererent, non comuni tamen odio, sed tanquam suum sibi quisq; hostem precipuumq; persecutus, parem præstanter factis, gloriam, præmiaq; ex

spectaret. Qua mora temporis interiecta Eduardus oia, cedibus, in
cediis, ruinis foedauit. Tm ab Morella teperatu, q sub ditione Mar
garite sororis Roberti Atrebatid oppidum esset. Hic honor me
morie Ducis pro causa Angloru interfecti, apud eos sancte habitus.
In Pontiuensi ad Cresciacu, locu castris cepit, muniuitq, propinqua
sylua materia suppeditante, paucitati aduersus quatalibet multitu
dine idoneu: suosq incendit, vt magno aio se suaq tuerent: in Ponti
uo eos stare, q Comitatus hostiu cofessioe Anglici iuris sit, matrisue
doti a Fracis datus. Prædixit etiã, que quisq locu in acie tutaturus
erat: vt aio, corpore, signis, armis, telis, equis, parati essent: neqd sub
ito, aut p trepidatione ageret. Eduardu filiu primæ aciei pfectit, nõ
dum pueritiã egressum, nõ eius virtute, q ingens ab teneretatis in
dole expectari nõ poterat, fretus: sed vt pceres quos lectissimos im
maturo rebus gerendis rudimento adesse, prospicereq rebus iube
bat, meminissent excellentẽ virtutẽ, fidẽq prestare: dato rectore Got
thofredo Aricuria. Altera acies interior ppiorq sylua, sua & ipa no
bilitate viribusq fidebat. Ipse Anglus Rex editiore loco tertia in
acie constitit, vt quo res postularet, opẽ ferret: spectatorq foret igna
uie cuiusq fortitudinisq, magnum animorum incitamentum. Et vt
triplex acies stabat: ita earu vnaqueq trifaria distinguebãt. Sagit
tarii primi erant, vt eminus hostẽ peterent: iidẽ si pes coferedus, fer
ro succincti: deinde hastati: postremi equites, contis horrebãt. Fran
co Regi accensis ducibus & ipsi ardentẽ cupiditate pugnae super
uenit cum mille equitibus Comes Sabaudus. Auctaq est omnibus
suarum rerum fiducia, nec de victoria dubitabatur. Fama etiam in
certo authore sua sponte & nata & accepta, hostem trepide fugere.
Quem vt insequeretur Rex prima luce mouit. Nec recta ad Cresci
acu ibatur, quia mouisse hostem opinio erat. Tandem præmissi
quatuor nobiles explorandi causa in equis recurrentes: renunciant
hostem paratum ad pugnam sub signis stare. Omissõ igitur circui
tu, qua proximum erat, hostem petunt. Haud procul aberant, cum
Dux Luceburgensis Boemiæ Rex Regem admonet: optimum fa
ctu esse, peditatum qui subsequebatur, cuiusq pars non contemne
da, Lygures sagittarii erant, in prima acie opponi hosti haberi ma
ximam spem in sagitta: & prius, q cum recenti integroq hoste di
micetur, ieiuna, fessaq corpora reficere firmareq. Maiestas autho

ris, resq; ipsa facile Regi persuasit. Ad eius imperium pedites in primum procedunt, læti consilio Luceburgensis: remissisq; a præsentis pugnae cogitatione animis, armisq; positis, solutisq; ordinibus, ad cibum capiendum se expediunt. Qui equitum in extremo agmine relictis erant, affirmant sibi nullum viæ finem ante futurum: quæ posteriores pedes suorum equorum, prioribus antesignanorum vestigiis institerint. Qua alacritate ceteri moti, exortaq; æmulatione, & ipsum Regem, & Duces permouent, peruincuntq;: ut dum calerent animi pugna committeretur. Tribus equitum agminibus tres præerant Duces: Rex medium tutandum sibi sumpserat: postremum Sabaudus regebat. Primum Carolus Alenconi Comes, Regis frater. Is consilium Luceburgensis non ausus propalam damnare, non dubitauit cunctantem peditatum, & in primis Lygures grauib; probris increpitare, nihil boni animo augurantes: quæ plurimus imber arcuum neruos emollierat laxaratq;: & repente tanquam Numen ab hoste staret, ex turbida minaciq; tempestate liquidissima lux refulsit: & libero alacriq; hostium ore, nitidissimus sol Francorum oculos perstringebat. Sed cæca pugnae cupiditas rabiesq;, mentem ademerat sanitateq;. Peditatusq; a Carolo duce coactus procedit. Peditum medium Lygures graui conuicio irritati procurrunt, velut hoste ad excitandam virtutem contra occursuro: clamoremq; tollunt. Anglus silentio suos continet. Intermissio breui temporis spatio ad respirandum, viresq; colligendas, Lygur iterum, & simili ratione tertium, cursum clamoremq; repetit. Hostis vno tantum gradu promotus, simul iusto arcu, manibusq; sinuatis nimbum sagittarum in aduolantem effudit, multo crebriore iactu quam Lygures ex arcubalista: qui primo conatu ad animum non respondente minus fiducia habebant in torquendi mora, missuq; iterando, tergaq; volitantibus semper sagittis dedere. Magna spe destitutus Carolus Comes, quæ non parum praesidii in huius generis milite, Rex expectarat: ira accessus, & ad suos equites versus: per horum (inquit) corpora, qui viam nobis ad hostem intercludunt, ruamus. E vestigio per medios Lygures concitatis equis eruptionem tentat. Nec hostis sibi occasioq; defuit: promouensq; signa tumultuantibus inter se maiorem tumultum iniecit. Lygures per indignationem arcuum neruos intercidebant, non pauci obtriti, maxima pars in cornua se recepit velocitate corporum: via Comi

ti data, quem secutus Flandrus, Viennensis, Lotaringusq, addensa-
tis turmis, admissisq, equis, vt non tm concitatione vires equis con-
tisq, atq, impetus cresceret: sed vt prærapida celeritate minus cre-
bris ictibus sagittarum expositi, ad hostem, propioremq, pugnam
peruenirent. Verumenimvero, quo magis torrentis modo fereban-
tur, frequentioresq, eo ex aduerso missæ sagittæ altius fixæ sedebat:
& pauciores irritæ intercidebant: nec sine multa perniciæ suorum
Comes ad interiorem periculo sagittarum pugnam sese insinuauit.
Sed hastati in pugnam coorti, diu eum tenuere. Tandem perrupit
ad huius aciei equites: inter quos Eduardus filius cum clarissimis
ducibus stabat. Iusto iã proelio veraq, virtute & pari generositate
pugnabatur. Philippus quoq, perrupisse fratrem cernens, adorien-
di tempus ratus, nobilitatem aulicam: cuius principes erant Comi-
tes, Blesensis, Sacrocesariensisq, in proelium ducit. Hi vrgent, instat
q, si a Comite interruptum hostium cuneum dissiicere penitus ac
dissipare possent. Vt quisq, nobilissimus genere est: ita maxime pro-
bare virtutem suam, presentî, pugnantiq, Regi cõtendit. Blesensis,
Sacrocesariensisq, cadunt. Rex ipse non Imperatoris modo, sed stre-
nuî militis officium præstitit, non sagittæ, non hastæ eum terrêt: dũ
nullum virtutis finem facit, suffosso equo, ruenteq, effusus, ægre
a Bellomontensi Comite subleuatus, alteri equo imponitur. Pericu-
lo Regis quantum Frãci animos demittunt, orantq, vt sibi parcat:
tantum Angli spiritus tollunt. Proceresq, militi, proceribus miles fi-
dit. Iam ostentant tm pugnam Franci ea parte, ne hostes coire oës,
& inferre se in Comitem alio certamine occupatum possent. Et Co-
mes Carolus, summiq, cum eo Duces, suis turmis Eduardum filii-
um premebant: quem qui Angli proceres circumstabant, ad pa-
trem mittunt, qui eius verbis auxilium opemq, imploret. Cui ille,
ecquod (inquit) mortiferum vulnus accepit: num Stratus filius ia-
cet? Cum vtrunq, negaret nunciis, sed periculum esse ne cla-
des ignominiaue acciperetur: Redi ergo (inquit) & renuncia,
omnia auxilia illi in fide virtuteq, Ducum sita, qui illi adsunt:
fortunamq, huius diei in eis collocatam. Hoc responsum rela-
tum magis illos ac magis ad virtutem acuit. Secunda acies An-
glorum, quæ interior stabat integra, recentibusq, viribus, auxilio
adolescentulo venit: primumq, inclinatum ad iniqua rem restituit

æquauitq; deinde cum viribus numeroq; superiores essent, haud dubie vicere, & hastati intermiscentes se hostibus victis, eos aut de iectos equo conficiebant, aut equos confodiebant, nullius nobilitati splendorive parcentes: quod etiam Eduardo Regi indignum visum tristeq; extitit, q; ditior clariorq; futura fuerat victoria, captis q; caesis tot tamq; augustæ maiestatis Ducibus. Exin utraq; acies in Philippum versa, & ad augendum vndiq; terrorem Eduardus excelsso ex loco descendens cernebatur: cū Luceburgensis in extremo agmine certior factus Carolum filium tanta pertinacia pugnare ut non ante virtutis q; pugnae finem facturum videretur: perpulit Sabaudum raptim signa tertii agminis ferre, ac quis maturaretur, omnia tamen animo paterno segniora erant. Proinde ipse quos reliquos suorum nactus est (nam maior pars cum filio dimicabat) iis, ciues inquit, commilitonesq;, & eodem solo celoq; ac in eadem fortunam suscepti educatiq; sumus. Non deseram vos hodierno die, neq; viuens spiransq;, neq; siquid secus accidat. Date mihi inter vosq; dexteras idem vos facturos. Data & accepta fide, quæ persancte seruata est: confertis equis via inter tumultum vi facta, cui primum hostium parti occurrunt: manus conferunt: omnes pariter acerrime dimicantes, nec inulti occubere. Nullus cessit, diuelliue vilo terrore ab suis potuit. Carolus filius alio loco rem gerebat, casus paterni ignarus. Sabaudus superueniens victoriam feroci hosti extorquere frustra conatur. Anglus Rex suum agmen in eum direxit. Continuo & alia duæ victrices acies impetum faciunt. Flandrus cecidit: fuga omni parte fit. Iam inuesperascebat. Per cumulos corporum armorumq; insequi hastati equitesq; abstiterunt. Nec Regem suum nocte iam imminente e conspectu amittere tutum rebatur. Nec Eduardus procul a munitioibus suis discedere, tenebrisq; se committere audebat, tanto maioribus Francorum copiis incolumibus, q; quantæ cecidissent. Philippus Rex se ad Broiam arcem recepit. Portæ clausæ erant. Inclamatus arcis præfectus interrogauit quisnam se vocaret. Rex nihil aliud, q; ita respondit, fortuna Franciæ. Voce cognita, receptus modicum cibi cepit, seq; Ambianos contulit. Eo prælio cecidit pro Rege Franco in Anglos egregie pugnans, Aricuria Comes, ingenti luctu fratris Gotthofredi Magistri militum Anglorum: qui postea poenitentia duci visus: q;

10001
11001
priuato dolore stimulante Frāciam vexasset, fratremq; clarissimum virum se contra armato, amisisset, relictis Anglis, vinc̄ta laqueo ceruice, Regem Francum adiūt, ad eiusq; pedes procubuit. Rex laqueum soluit. Pugna Cresciacensis facta fuit ad decimum Kalendas Septembres, quantum nulla alia funesta Francis, nobilisque strage Ducum. Insequens quoq; dies aduersus fuit. Nam cum matutina caligo exorta in multum diei, lucem obscuraret, Angli quæ signa de Francis ceperant, locis editioribus proposuerant. Ad quam illecebram certiore tandem luce, qui ex Franco exercitu aut per errorem vagabantur, aut vulneribus, aut simulata morte retenti fuerant, tanq̄ ad suos lati, ab hoste opprimebantur. Duces in æde maxima Mōsterioli sepulti cura Eduardi Regis. Ad vulgus humanandum tridui induciæ agrestibus data. Ad triginta millia cecidere: in quibus mille ducenti equites, quæ ferme nobilitas est. Carolus Luceburgensis non multo post, domum rediit ad nomen ingens capeffendum, Secundum tantā victoriam Anglus Itium tentauit, vnde in Angliam commodissimus traiectus. Oppugnatio parum procedebat. Obsidere cœpit, ac cum spes lentior ostenderetur, hibernacula ædificauit muniuitq;. Ad exercitum in hibernis & ipse permanfit: & vxorem domo exciuit. Vndecimum iam mēsem tenebat obsidio. Francis compositiore exercitu, magisque q̄ ad Cresciacum salutaribus cōsiliis prouocantibus ad pugnam æquo loco committendam, sui potestatem non fecit. Proinde cum Itiensibus Francus tantum ostendisset præsidii spem, nec posset per munitiones hostium vim facere: perruptionemq; tentare, domiti fame obsessi. Iratus ab longinqua obsidione suiq; apud eos contemptione, victor graues conditiones imponebat, nisi omnia ferro igniq; misceri vellent: sex ciuitatis primores ad supplicium producerentur: cæteri oppidani cum singulis abirent vestimentis. Cum in senatu ciuitatis inter necessitatem indignitatemq; animi ancipites distinerentur, silentiumq; ac torpor cæteros defixisset, qui eorum primus sedebat, surrexit: seq; iræ hostium offerre, ac patriæ vitam condonare professus, æmulationē pietatis reliquis iniicit. Ita surrexit secūdus, & deinceps cæteri: quo ad iustus numerus est effectus optimatū pro cōmuni salute se deuouentiū. Sua eos pietas, Numenq; seruauit, placabilemq; Regem vel sua Regiaq; natura, vel fortuna, præbuit. Philippa Regina

vterum gerens productos eos, resteq; illigatos forte vidit: precibus
 vitam miseris ab Rege marito impetrauit, auctoritate etiam suo-
 rum Ducum deterrito ne in oppidanos, praesidiumue Francorum
 quicq; durius statueretur, vt sunt res humanae, exemplum in Anglos
 fortassis versurum, si obsessis & fame edomitis foeda etiam mors
 oppetenda sit. Praesidium Francorum in Angliam transportatum,
 vt pecunia redimeretur. Coloniam e suis popularibus Rex Anglos
 eo deduxit. Extorres Itienses Francus Rex coluit: nec prius quicq;
 liberalitatis vlli alii impertiuit, q̄ illis omnibus consuleret. Ad sola-
 tium rerum aduersarum, Umbertus Delphinatum Princeps, dolo-
 re amissi vnici filii, statuit coenobio Praedicatorum se sacrare: Do-
 minatumq; suum, cuius caput est Vienna Allobrogum ecclesiae ac
 Pontificibus maximis non magno precio addicere. Gentis eius no-
 bilitas, Regum q̄ Pontificum signa sequi malebat: & q; a Comitibus
 Sabaudis, bello (vt inter finitima imperia assolet) continenti
 vexarentur, persuasere vt Francorum fidei tutelaeq; traderentur.
 Placuit, filii Regum, vt quisq; in proximam spem Regni suscepti
 essent, Delphini vocarentur: iuraq; Delphinatibus redderent. Ludo-
 uico Flandro in pugna Cresciacensi cesso, successit Ludouicus filius.
 In Britannia etiam res aduersae. Carolus Blesensis, ac vterq; eius fi-
 lius Ioannes & Vido capti, ac in Angliam missi: nec iccirco debella-
 tum. Eius vxor reliquam spem, causamq; suam minime muliebri ani-
 mo tutabatur: ac gentem in fide continebat. Rex Anglus lachry-
 mis vxoris suae, Reginae, quae Captiuu consobrini esset, expugna-
 tus: Carolum patrem dimisit. Filii remansere in captiuitate, sed in-
 dulgeter habitii cultiq;. Rex Francus obiit anno eius seculi quinqua-
 gesimo: reliquit liberos Ioannem Regno & aduersis rebus nimis
 nobilem: ac Philippum Aurelianensem Ducem, nec vlla re gesta
 insignem & nullo in opes ex se successore. Induciae cum Anglo in
 biennium factae. Ioanne Philippi filio Rege, Rhodulphus, quem
 Magistrum equitum Anglus ad Cadomum in potestatem redege-
 rat, ex Anglia domum regressus, securi percutitur: cum proditio-
 nis reus, non satis purgare se videretur, inauspicatis noui Regis pri-
 mordiiis. Et Angli prius, q̄ dies induciarum exiret, arcem Guinen-
 sem, pecunia corrupto arcis praefecto, ceperant: exostulantiq; Fran-
 co responderunt, rerum coemptione religionem induciarum non

violari, confessione Franci: eum enim per inducias sollicitasse Præfectum Itii: commercii felicitatem illi defuisse: sui sibi consilii euentum datum, pari vtrinq; conatu. In Rhodulphi Magistri equitum locum suffectus est Carolus cognomento Hispanus: cui filia Comitis Blesensis nupserat. Inter hunc Hispanū & Carolū Nauaræ Regem, eundē Ioannis Regis generum, similtates intercedebāt: præter æmulationē aulicam eo etiā exacerbata, q̄ Engolismensis Comitatus, quē suum Nauarus Rex esse defendebat: ab Rege Frāco donatus Hispano fuerat: quo viuo aduersario, omnia sibi infesta ducebat: ab eoq; capiti suo insidias factas credi voluit. Hunc Nauarum Comes Eburouix ex Ioanna Ludouici Vtini Regis filia sustulerat, idemq; materno iure ad Regnū Nauaræ peruenerat: quo minime contentus, Campaniam Bryamq; in eadem causa qua Nauarum, esse dicebat: q̄ auia ipsius materna omnia ea possedisset, pro auiq; obtinuissent. Ad tanti viri querelas sedādas Medūta & q̄dam circūiecta oppida attributa ei sunt, & certa pecunia partim præsens, partim quotannis numerari iussa. Quæ fiebant ad eius dolorem leniendum, ea magis irritarunt. His enim perpaucis delinimentis frustrationibusq;, demī sibi posterisq; omnem spem nobilissimorum Comitatum recuperādorū ratus, omnem iram in vnū Hispanum Regi acceptissimum gratissimumq; effudit: eumq; ad Aquilam Normanix vicum, submissis percussoribus, nocturna vī nihil tale timentem occidit. Continuoq;, vt ex preparato, literas ad proceres misit: hostem iure ab se cēsum, a quo se petitū insidiis comperisse se diceret. Atrox facinus: visaq; Frācorū maiestas, Magistro equitum cēso, lesa. Questio decreta: dies dicta, ad quā nō affuit. cōtra iudicioꝝ exempla, nisi accepto obside Ludouico Andiu Comite Regis filio, quē in Eburouicib; Philippo fratri custodiēdū tradidit ita quē dare vades q̄ sisterēt luerētve oportuerat, is aim Regis sibi accepto in potestate filio oppigneratū habuit. Ea; supbia cōtumaciaq; nō multo minus q̄ cēdes audaciaq; Frācū offēdit mouitq;. Lutetię causam Nauarus dixit, p̄side Rege: dephensis insidiis q̄ sibi ab Hispano fierēt, necessario insidiatorē occupasse: nō contēptu maiestatis in Magistrū equitū quicq; ausum: se per patrē matrēq; Regiꝝ Francorum propinquū. manifestam vim fecerat, factam paratamve sibi ne leuī quidē argumēto cōfirmabat. Leges erant, Iudicia fiebāt

exercebanturq; quibus florentibus indicta causa clarissimū virum sustulerat. Constitutū est eēdem illā perduellionis teneri. Respectus datī obsidīs cruentas in præsentiā pœnas sumi prohibuit: vt tamen iudiciū species aliqua foret, Iacobus Ducis Borboniū frater, nouus Magister equitū manū iniecit, duciq; a Licitoribus iussit. Ex cōposito factū videri potest. Ex tēplo tres Regine intromissę, Ioanna Nauari amita, quę Caroli Pulchri Regis vxor extitisset, & Blācha eiusdem Nauari soror, eadē Ioannis Regis nouerca, sed maternę indulgentię, simul & altera Ioanna, eadem filia Ioannis Regis & Nauari vxor. Hęc patrē, vt quem maritū sibi dedisset, eundē sibi condonaret: illę vt veniam daret, hocq; viduitatis ac solitudinis solatiū sibi reliquū esse vellet: omnes ad pedes prostratę orabāt. Ad hoc ipse Nauarus & Rex & gener & cōsanguineus, vt ignosceret sibi supplicabat. Ita cū quatuor capita, q̄ corona Regia redimta fuissent: demississime precādī finē nō facerent, Frācus veniā dedit. Cæterū Nauarus suspicatus dolorē Regis potius dilatū q̄ positū: cū Angli diuisis copiis, alii a Burdegala Tolosam, alii ab Itio Isdinum vsq; excursiones fecissent: Rexq; coactis tribus ordinib⁹, sacerdotio, nobilitate, plebe, subsidia rei pecuniarię peteret: Nauarus intercedebat, eoq; cōtra tendēte decretū tamen est Regi q̄ militare in triginta milliū armatorū stipendiū. Quod dū cogitur, in Atrebatibus seditione orta, plebs cōquesta iniquā collationē, leuari diuites, premi tenuiores: correptis armis duodeuiginti primorū occidūt. Arnulphus Dodereg⁹ ab Rege cū ducentis equitibus illuc missus, de fontibus supplicium sumpsit: resq; cōposuit. Aes deinde militare sine recusatiōe vbicq; collatum: & fama apparatus belli apud Francos, permotus Anglus sedomū recepit. Interea Ioannes Rex intercessionis ac audacię Nauari memor magisq; irritatus: q̄ qui gener ingens scelus ingenti officio expiare debuerat, ac iram soceri pietate obseruatiāq; placare, is atrocitatem pristinā noua indignitate licentiaq; cumlaret: recepto Ludouico filio, Carolum Delphinū filium Normanię Ducē dedit: ad quem cū eius gentis proceres officii causa Rotomagū sine metu suspitioneq; cōuenissent: inter quos Nauarus q̄ idē Comes Eburouicum esset, quę ciuitas Normanis cōtributa est: Ioānes Rex cū delectis profectus Lutetia, prouolansq; Nauarū Ioannemq; Aricuriā e mēse luxu, vt cū Delphino aduētitiā cœna festi discubuerāt,

P.iii.

*Regis in Na
Clementia*

abstrahēdos curauit. Extēplo Ioannes Aricuria, vt consiliōrū socius
securi percussus. Nauarus in custodiā Lutetiam mittitur. Cūq; Rex
& Aricuriarū & Eburouicum oppida in potestatem redigere co-
natur, eaq; ante p̄sidiis firmata deditiōē facere abnuunt, tota Nor-
mania in expectationem rerum nouarū erecta est: excitusq; in Nor-
maniam Anglus eius seculi anno quinquagesimo sexto. Dux Clau-
diocestriæ cū non contemnenda manu traiecit. Huic continuo Phi-
lippus Nauari frater, Gotthofredusq;, redintegrata ira, q; Ioānis se-
curi percussi patruus esset, se iungūt. Hi ergo Franci Regis aduer-
sæq; factionis fines vrunt. Vernolium arcemq; expugnāt, cēdem fa-
ciunt. Adueniensq; Rex eos coercuit. Bretoliū, Tegulariamq; reci-
pit. Certa erat hac parte victoria, nisi Angli copias Francorum alio
vertissent. Altera manus Anglorū Duce Principe Valliorū Eduar-
do, Eduardi Regis filio, vt a Duce Claudiocestriæ Regem Francū
auerteret, Burdegala mouit. Duo equitū & octo sagittariorū gētis
sue millia ducebat. Secuti sunt Vasconū voluntariū, belli studio con-
citati milites proceresq;. Pictonum Biturigūq; fines populant. Ro-
marentinū expugnāt. Paruam Francorū manū arcere populatores
conatā fundunt fugantq;. Ioannes Rex relictis in Normania copiis
quāte satis esse poterāt in illum hostē, per Cenomanorū Turonūq;
fines in nouū hostem ducit, qui velut cōpos voti q; certū præsensq;
exitū a Nauaro Aricuriisq; ac Duce Claudiocestriæ auertisset, in
Vasconiam reditū parat. Letusq; Pontificis maximi Legatū Cardi-
nalē Petrocoriēsem agentē de pace i castra admisit audiuitq;. Durę
conditiones ab Ioanne Rege, vt irato indigneq; laceſſito ferebātur.
Re infecta in Pictonum urbē propinquā Legatus secessit. Princeps
quatuor milibus passuum inde cōsedit, loco opportuno ac ita muni-
to vt non facile a tergo lateribusve circūiri posset: & vineę erāt se-
pesq; & opera rustica velut de industria obiecta: quæ equitatū qua
parte belli inuicti Franci habebantur, impedirent: & quicquid præ-
tereā desiderabatur, opere militari consilio Ducum adiectum. Prin-
ceps cum indignas conditiones paciscendi Anglis Francus præscri-
beret: concionem apud suos habuit, fastum, superbiā, impotentiā, in-
crepitaui. Cōfinxit etiā sibi certis authoribus cōpertū exploratūq;
apud Frācos cōstitutū esse, vt in potestate redactos Anglos, partim
extortos cruciatosq; interimāt: partim qbus mitissime cōsultū velint,

dextræ pollicibus præcis virgisque cæsos dimitterent: per sæpe virtutem delectæ paucitatis, de spiritibus vanitateque multitudinis victoriam reportasse, siue vincerentur ipsi pauci, superfuturam paratum, liberorum, fratrum, domi multitudinem qui se vlciscerentur: siue vincerent, nihil reliqui Franci esse: cum tota Francia Regem Ducisque ac summam rem aleæ committat. Omnibus permotis, ex necessitate virtus augetur: & quod numero viribusque deest, cura rationeque explent. Nihil medium, aut vincere aut emori in animum inducunt. Ducibus maxime dicto audientes milites inter se fraternis sensibus agunt: Duces nihil nisi de communi salute, de sua gloria cogitant. Adsunt, circumspiciunt quæ suis secunda, quæ hostibus secus sint. Nihil curæ, nihil de contentione animi remittunt. Franci cum non procul ab hoste cõsedissent, viderentque eum se munitissimis castris continere: facileque factu esse in seßis omnibus viis qua commensus comportari possent, hostem ad inopiam redigere: more impatientes, si iusto prelio sui potestatem hostis non faciat, quacunque ratione pugnare constituunt: & velut minime dubia victoria, ut omnis gloria nobilitatis foret, vulgi peditatu repudiato, in equestri ordine præsidium omne sibi collocant. Equites tres in partes diuisi, ut primæ parti præesset Brenus Magister equitum: Secundæ Delphinus: Tertiam firmaret Rex. Ita cum tres essent acies, ut ex singulis centeni equites deligerentur: quod robur Francici nominis videretur. Quæ ala trecentorum equitum, quanta maxima vi posset, in hostes rueret: perumpensque munitiones, primosque hostium ordines, viam subsequenter aperiret. Cæteri primæ aciei equites, omissis equis, rescissisque intra quinque pedum modum lanceis: calcaribus liberi, in turbatos equestri procella Anglos impetum facerent. Cum a Ducibus equites inspicerentur, qui ceteros virtute anteirent, speque dignitatis communis tegendæ præstarent: ac pectorum suorum oppositu reliquos ad hostem ferocem, præsidio præterea munitionum fidem perducere possent: unusquisque initio ut trecentorum primus, deinde ut in trecentis numeraretur, postulabat, elaborabatque. Arma, equos, tela, dextram ostentabant: sua maiorumque facinora prædicabant. Ambitio ad pericula exarserat. Vix studia incitata ad gloriam coerceri imperio verecundiæque Ducum, ac disciplina militari potuere. Delectus plurimum indignatione quam gratulatione habitus.

Cæterorū dolorem Rex sedare lenireq; tentauit, ne repulsam se passos existimarent: se quoq; in trecentis cupidissime futurū, & vel sparo pugnaturum fuisse: nec dextra nec animo cuiq; concessurum: sed maioris rei consilio teneri. Cū in nobilitate Francorum, tam multorum tam par sit specimen, vt iudicium præstantiæ difficile sit: necesse fuisse nō tam illos ad primordia pugnæ secerni, q̄ hos ad summā vniuersamq; rem tutandam secū reseruari: se omniū voluntatem collaudare: quam virtutē inter trecentos præstaturi erant: eam, vbicūq; forent, præstarent. Irrita solatia, vanæ exhortationes. Trecenti Magistro alē Eulstathio Ribomōtano, & suopte ingenio feroces, & testimonio Ducū, & mutua æmulatione, & pollicitatione Regis, sublati animis ante signa procedūt. Vbi ad rem gerendā signo dato vētum est, subditis calcaribus cōcitant equos, per vineas pedamētaq; per depressissimas scrobes, per altissimas fossas, per ardua, per prærupta, enituntur, euadere conantur, nullo clamore, nullo vulnere, nulla peste præsentī, imminētīve, a decore auertuntur: in dextra sua Franciæ salutem positam existimant. Equi sagittis vndiq; volantibus pauci imperterriti ad equites hostium perrupere. Nec dubium erat, quin si cæteri agi impelliq; possent: cladem hosti inferrēt. Sed maxima pars in potestatem redactis frenis, spretisq; calcaribus, alii sese circumagūt, alii erectis prioribus pedibus equitem excutere cōtendunt: tumultumq; inter se insanamq; trepidationem consternati edunt: peditemq; etiam perturbant. Et erumpentes pari ferme numero hostiū equites, integri recētibusq; viribus per intermissa munitionibus spatia, vanū præliū trecentorū fecere. ac succedētī primæ parmatorū aciei, decurtataq; lancearū longitudine intra fustiū breuitatem armato militi occurrūt, oneratūq; immobilib⁹ armis adorti, cedere primos ordines cogūt. Laxataq; tota acies, & postremos etiā pavor perstrinxit. Altera Anglorū ala propinquū tumulū cum mille sagittariis circumuecta in apertū latus secundę aciei impetū repente fecit: nec diutina fuit pugna, difficilis ve res aut abigua. Qui Francorum poterant prius ad pugnam equos repetebant: mox cū iustæ lanceę desiderarētur, pugnaq; fustium parū virium hoc loco aduersus hostem, non sudibus, sed iustis armis telisq; armatum, ac vltro irruentem haberet: nec incitare in hostem equos demptis calcaribus possent de salute cogitabant. Tunc Eduardus Princeps cum

reliquo equitatu peditatuq; Regium agmen adoritur. Præsentia Regis ne statim in fugam inclinaretur, effecit: cum duas victas acies conspiceret miles. Rex animo, dextraq;, non deficit. Alibi fustibus alibi strictis gladiis dimicatur. Legati fratris filium cæsum Eduardus Princeps conspiciatus, iussit corpus scutis imponi, portariq; ad patrum, renunciariq; eum violasse ius gentium, q; fratris filium in eos armarit, ad quos orator iuisset. Eduardum parem mercedem gratiamq; referre: ac hoc domestico cadauere remunerari. In medio ardore pugne non vacauit imperatum exequi: mox etiam procerum authoritas valuit, ne animo Cardinalis tantum vulnus infligeretur, prius q; sciretur, ea ne in re patrum culpa esset: quem postea comper tum est ipsum extra noxam esse: iuuenem a sene patre multo ante traditum Regi. Sed augustioris maiestatis viri cecidere, qui mori in vestigio stantesq; malebant q; terga fugæ dare, aut se hosti dedere. Cæterum cum trecentorum virtus maior q; felicior enitisset: cumq; fusa prima secundaq; acie omnes vires hostis in Regem versæ acerrime pugnarent: cædes procerum facta est. Philippus filius Regis cognomento Audax, a patre tegendo diuelli non poterat: miram virtutem præstitit: tandem circumuentus captusq;. Rex militis fortissimi strenuq; munere fungebatur. Anglorum nullus gloriam manum in eum impure iniectæ tulit. In Atrebatis potestatem venit. Dionysius Myrobrechus Atrebas cæde domi facta, exul apud Anglum honestum ordinem ducebat: & Atrebatium fidem virtutemq; Princeps probabat, commendatrice concilianteq; Roberti memoria. Hic Dionysius Regem in tumultu pugne agnouit: viaq; vi facta, propius accedens, Francica lingua hortatus est, ut circumfusa tanta Anglorum multitudine, inter tot furentia tela, necessitati pareret: certa presentiq; perniciæ, temporis cederet: seq;, quoniam sibi ipse minime parceret, suis fortunæq; Franciæ remedia malorum allaturæ, reseruaret. Principem requirebat Rex. Ille alia pugna occupabatur. Atrebatum dextram Francus dedit. Necdum finis periculi. De captiuis inter victores certabatur: nec modo inter singulos, sed inter gentes, Anglos Vasconesq;, & qui ex reliqua Gallia signa Angli sequebantur. Rex a præhensantibus huc illucq; distrahebatur. In eius oculis Francorum aliquot nobiles dilaniabantur cædebanturq;, q; qui hostium pertrahere ad se tot eluctandis manibus

captiuum non poterant: ii eum potius inter manus occidebant, q̄
vt alii cederet. Rex periculi exemplo permotus, manu nutuq; seda-
bat iras: ac vbi exaudiri poterat: voce negabat tumultuandi cau-
sam esse: se vnum omnium virtuti domuiq; locupletandæ esse: &
forte nobilissimi Anglorum Vasconumq; aduolantes cum turma
delectorum, voce preconiis cum furcæ minis, verbis Principis pro-
nunciauere, a corpore Regis facerent prepropere qui circumsta-
bant: præmia suæ cuiusq; fortitudini foelicitatiq; ab Rege principe
q; destinata: ipsi ad edictum submouente sese turba, desilietes equis
Regem adorauere: reuerentissimeq; ad Principem ducebant: qui
iam re allata, venerabundus occurrit, in tabernaculumq; perduxit:
nullo officii humanitatisve genere omisso. Nec pugna vlla cruor
ve posthac fuit. Capti nobiles ad mille quingentos, multo minore
q̄ ad Cresciacum cæde. Quinq; omnino millia armatorum deside-
rata. Speciem nobilissimæ omnium victoriæ captus cum filio Rex
præbuit. Pictones vrbe recepere primos fugientium: mox metu
ne simul victor irrumperet, portas clausere. Dissipati in fugam, to-
tam Franciam luctu impleuere. Delphinus aliquot turmas prælii fa-
cti ignaras, ac tanq̄ ad principia rerum occurrentes, nocte quæ diē
pugnæ insecuta est, in eam urbem misit. Coenam Regi Princeps
castrensi apparatu, sed exquisitissimæ comitatis dabat. Ille Regio
pectore dolorem premebat. Nullæ vocis querelæ exaudiebantur:
sed miserrimis rebus, non ita abditos incommodorum sensus dissi-
mulare poterat, quin in vultu extarent indicia pugnantis cum ani-
mi magnitudine malorum acerbitatis. Quem eo modo affectum
venia dicendi petita, potestateq; facta: ita alloqui ausus est Prin-
ceps. Nulla causa est, Rex omnium clarissime, cur sollicitus sis. Ar-
ma tua tuorumq; fortunæ Numiniq; cessere. Nobilitas inuiolata,
dignitas integra, maiestas sancta, ac quæcunq; vere tua erant, tibi
incolumia permansere: nec vlla dies visve delebit, minuetve. Deus
Opt. Max. sui omnino iuris arbitriiq; vt omnia, ita & fortunã belli
statuit esse. Maiores tui terra mariq; præclara facinora gessere. To-
ta Europa, tot⁹ Oriēs, oia propinqua, oia lōginqua, referta sunt tro-
pheis victoriisq; Frācorū. Pietatis religionisq; causa, & nois Christia-
ni dignitas aplitudoq; a vobis aduersus validissimos opulētissimos
q; Duces ipiorū, Impatoresq; defensa adauctaq; ē. Nulla monumē

ta non incifum habent tuorum nomen. Nulla ætas non predicauit, grata recordatione, laudes vestras. Nulla gens non fatetur, Francis se aliquando debuiffe. Nulla non sperat se aliquando beneficio incrementoque accepto, debituram. Vnum aut alterum tandem proelium inter innumerabiles triumphos, paulo minus prosperum e sententiaque cessit. Casus ita tulit, qui equos, tela, arma, debilitare potest. Pectus tuum inuictum, animi robur insuperabile, sola magnitudo tua prestare potest. Neque hic dies tibi tuive, quicquam detrahet. Et hæc terra Francia, quæ multos maiorum meorum procreauit, aluitque: sentiet me, & in se pium memorumque natalium: & erga maiestatem tuam demississimum, si hoc nomine gloriari me pateris, cognatum. Omnes causæ necessitudinis, inter te patremque meum, intercedunt. Noui intimos patris sensus affectusque. Facile inter te illumque conueniet. Neque me suum, filiumve agnoscat: nisi te pari atque se sanctitate, eodemque loco uenerationis pietatisque habeat. Cognouit Principem Ioanes generosum victorem: nec ille officiosius locutus est quam re prestitit. Franciam vrere destitit: pacatoque agmine Burdegalam Francum duxit. Ibi seditio orta, nec Vascones passi sunt: nisi muneribus pollicitationibusque Principis pleni, Ioannem in Angliam trasuehi. Myrobrecho quinque milia aureorum presentia in sumptum cultumque numerata: uerberiora premia ab Eduardo patre expectanda. Et in Angliam magna classe, exploratisque omnibus transmissum: quia timeri poterat, Francos maritimis uiribus statuiffe recuperare Regem. Luctu occupata erat Francia. Apparatissime magnificentissimeque ab Anglis exceptus est Rex Ioanes. Quæ cum hostes tantopere coleret: Delphinus filius recipere contedens, pietatis sapientieque laudem tulit. Lutetiam tota ex Francia optimates conuenierunt: ad eos de rebus restituendis tutandisque relatum. Quinquaginta ex illis lecti: uique ad diuini Francisci congressum, summotis ceteris de re pecuniaria primum: deinde de reliquis rebus consularunt. Delphinus etiam defisi, petebat ab eo iusiurandum non enunciaturum quæ ex se audiret. Ille non esse maiestatis sue arbitratus, vlla iusiurandi religione se suis obstringi: iuraturum se pernegat: iubetque sibi iniurato ea dicere quæ sentirent. Edunt nomina summorum aulicorum, quos peculatu diuites factos criminabantur, pecunia multandos uideri: unde tantum auri confici posse confirmabant, ut comuni salutem consuleretur. Ad hoc Nauaræ Regem custodia liberandum. Petebant preterea ut sacerdotium, nobilitas, plebs, ex corpore ordo quisque suo senos legerent: ut

duodeuiginti virorum consilio eius adolescentia niteretur. Hoc iuueni videbatur non opem ferre sed leges imponere, preceptaque dare: ac prebere seditiosis audacem prepotentemque ducem. Sed pro palam coarguendi tempus non erat. Tantum dissimulanter consilia quinquaginta virorum disiecit: iussis illis certa die in curiam adesse, uti de postulatis eorum cognosceretur. Illa dies sublata est, causante Delphino allatas ex Anglia a patre literas de rebus, quas differri non oporteret. Exin aliis atque aliis frustrationibus dum dies trahitur, tota res ardentem cepta elanguit: ac more tedio quinquaginta viri domum diuersi reuertere. Apparuitque multitudinem Rege, parenteque orbatam omnibus seditiois licentiaque procellis agitari. Parisii primas totius Franciae conciliorum partes sibi vendicabant. In primis apud Delphinum questi sunt nouum numum non iuste probitatis: sed magni ad commercia rerum intertrimenti percussum. Furto etiam e custodia subductus a suae factionis hominibus Nauarus, res magis turbauit: nec defuit Anglus. Inducias in biennium, sed cum exceptione, cum Francis fecit: ut liceret sibi & opem Nauaro ferre, & in Britannia contra partes Blesensis pugnare. Solum Numen Franciam texit. Nauarus non fractis custodia spiritibus, sed ira aucta, concionem Lutetiae habuit: indignitatem, iniuriam, contumeliam, conquerebatur: studioque dicendi eo processit: ut negaret se a iure diadematis esse alienum: significaretque se etiam legibus propiorem esse nonnullis, qui iure controuerso, armis de Regno decertaret. Neminem fefellit quo spectaret ea ostentatio: siue mulieres ad sceptrum peruenirent: Ioanna mater Nauari, eadem Ludouici Vtini Regis filia, prior vocanda fuerat quam Isabella mater Eduardi regis, eadem eiusdem Vtini soror: siue lege non ipsae utique foeminae, sed earum filii, ad auita Regna, ut cognati reciperentur: Nauarus ante mortem Caroli Pulchri Regis natus controuersiam de iure Regni Franciae mouere non dubitasset ut Anglum filia Philippi Pulchri Regis ortum excluderet post Caroli Pulchri Regis obitum, ipse Vtini soboles. id quod timuisse Anglus videtur, nec magna auxilia illi misit: ut hoc bellum velut lenta tabe paulatim conficeret quicquid reliquae spei Francis erat: quasque ipsi videretur, leges, Ioannes Rex Delphinusque acciperent. Et exemplo permouere conabatur. Dauid Scotorum rex ab eo captus aliquot ante annis fuerat: tunc dimisit decem

millibus nummum aureorum pactum, iureiurandoque adactum, se apud suos omni studio elaboraturum: ut Regnum Scotorum beneficium Anglorum sit: eisque dicto audientes sint. Non dispares conditiones Ioanni legesque prescribat. Francus de auro nihil recusabat, ius Regni quale a parentibus accepisset, tale liberis se relicturum: nec ab hac sententia vlla captiuitate necessitateve, aut mortis vlllo cruciatuue genere desciturum predicabat: nec sua filiique ac aliquot preterea procerum salutem, qui mortales sint, tanti esse ut immortalitati dignitatis Fracice non prospiciat. Et hec Angli cupiditas ad conciliu vniuersae Fracice tresque ordies delata, oes indignitate mouit. Et Delphinus omissis Parisiis reliquas ciuitates circuibat, opere rebus afflictis & patri petens. Apud singulas perfecit, quod apud vniuersas nequiuerat. Ocitani authore Armeniaco Comite, non expectatis precibus Delphini aurum matronarum & omnia ornamenta contulere. Legem etiam sumptuariam, & de mundo muliebri repetiuere: octo millia bellatorum armatos se tutaturosque professi sunt, quoad domum Rex restitueretur. Eos Campani secuti sunt. Quem secundiorum rerum cursum Parisii inhibuere, factionum studia Nauaro excitante, non summo tantum Duce, nobilissimoque nomine: sed magno per se viro ac doctissimo eloquentissimoque, nisi iis artibus abuteretur: & erat popularitate ingens. Eo contratendente maiestas Delphini vilis erat. Multa concilia, et ad diui Jacobi, & aliis locis habita. Re infecta vndique discessum. Quaedam etiam caedes factae: & confugientes ad templorum tutelam abstracti iugulati. Violatores templorum cum mox ab aduersa factione caesi essent, sacra sepultura prohibiti a sacerdotio: nec pax funeri data. Secesserat Delphinus, ad auunculumque in Germaniam se contulerat. Lutetiam orantibus Parisiis, reuersus vitae periculum adiit. In eius oculis nonnulli aulici caesi. Prepositus mercatoribus Stephanus Marcellus, ne quis in Delphinum per imprudentiam manus iniiceret, insigne Parisiensium partium capitium ei imposuit. Factio ea bicolor erat. Quo facto, tantos sibi spiritus Stephanus sumpsit, ut ad caeteras ciuitates publice literas mittere non dubitaret: ut se cum Parisiis consociarent, gererentque insigne, quo Delphinus vteretur. Partes Nauari in Normania, finitimisque

locis præualidæ formidolosæq; erant, & fauore Normanorum, et auxiliis Anglicis: et, quæ maior vis erat, decem milibus Nauarorū accitis, in oppidaq; quæ propinqua Parisiis in potestate habebat, diuisis. Et ne quid misero rerum statu domesticæ pestis deforet, omni prope Franciâ, plebs a nobilitate secesserat, q; eius superbia euersam Franciâ dictitarent: inopemq; plebem seruorū loco haberi. In Bellouacis agrestis multitudo ex professo ab urbana defecerat. Anteq; latius id malum serperet, Delphinus Parisiense insigne abiicit: relictaq; Lutetiâ, nobilitatis manum quam maximam potest, cogit. In Bellouacis ad tria millia agrestium cæsa. In Meldis cū agrestis urbanę plebi se iunxisset, aliquanto maior vtriusq; strages a Delphino facta. Quo metu cæterarum ciuitatum plebs ad sanitatē, quotidianumq; laborem ac aratrū rediit. Et reliquæ vrbes indigne ferentes Parisios sibi, authore Marcello, summam rerum arripere, Delphino aderant. Ex his triginta millia armatorum confecit. Confluentes Matronæ ac Sequanæ in potestatem redegit, vt hoc freno Lutetiâ inhiberet. Nec in difficili res fuit. Ad Fanum Dionysii suos Nauarus duxerat a Parisiensibus accitus. Sed vbi in colloquium cum Delphino venit, suspectus illis esse cœpit, id quod per colloquii speciem Delphinus captauerat. In Stephano, iustove prælio spes ciuibus nulla. Nam leuibus præliis experti, non paruo suo damno fuerant. Insidiis etiam quædam manus excepta. Qui integri erant a factione Nauari Marcelliq;, animos sustulere: ac ad diu Antonii portam Stephanum noctu, cum eius portæ claues peterent, isq; denegaret, occidunt. Delphinumq; cum exercitu ex composito patefactis foribus recipiunt. Duobus seditionis authoribus gula fracta: multitudo ad concionem inermis vocata, grauibus verbis increpita est. Restabat cum Nauaro bellum. Is Meduntam ad inferiorem partem fluminis Sequanæ in potestate habebat: simul ad superiore eiusdē fluminis partē extorserat a sorore Blancha Medunū. Quod oppidū illius Reginae viduitati attributū fuerat. Anno insequenti qui fuit ei⁹ seculi vnde sexagesimus, cū exiisset induciarū dies, & Fracos Anglus prælio victos, bello inuictos adhuc cerneret: nec domesticis malis frangi flective posse, Itiū tamē transmissit, Remos tētat. A Burgūdionib⁹ cētū millia aureorum nummum

exegit, ne eorum euastaretur ager. Ad Gentiliacum suburbanum Lutetiae vicum copiam pugnae fecit. Nihil fortunae commiserere Franci. Sua vri vastariq; malebant: & ille omnia ferro flammaq; miscet. Ei cordi erat aut vastas solitudines Franciam facere, aut in potestatem redigere. Cum vsto agro Parisiensi, Carnutum fines popularetur: Dux Claudiocestriae ausus est eum hortari, vt bello Francico finem imponeret: Nudum, inquit, solum, vastumq; relinquere Francis potes, ipsi Franci caesis patribus succrescentes sobolesq; ac iam efferati, & malorum assuetudine indomiti, te in rebus nullo exitu gerendis omni vita tenebunt. Et fors auctoritatem Ducis iuuit. Cum nondum verborum finem dux fecisset, repentina tempestas cum horrendo coeli fragore minisq; sequis exorta, ita terruit, vt portentis loco, miraculoq; Anglis esset: quorum etiam nonnullos frequenti insoliteq; magnitudinis grandine, ac ignibus caelestibus exanimatos ferunt. Rex ad virginis Carnutum Praesidis aedem versus, procumbensq; veniam incendiorum cruorisq; hausti poposcit: aequamq; pacem terre hoibusq; daturum se voto mente concepto, verbis etiam nuncupauit. Ad Britiniacum vicum vtriusq; gentis proceres conuenere, De Pontiuensi Comitatu nulla controversia fuit, quominus Anglo cederet, q; dos materna extitisset. Vt sancta pax reliqua videretur, & non temporum iniquitate extorta: placuit initium huius foederis par fieri ei foederi quod cum diuo Rege Angli sanxisse dicebantur: vt duo Eduardi Rex filiusq; remitterent Regi Franco si quid iuris in Andes, Turones, Cenomanos, Normaniamq; haberent. Anglis redderetur Aquitania, sed iis finibus vt ei Vasconia, Pictones, Sanctones, Petrocorii, Lemouices, Cadurci, Engolismenses, Ruteni: haec omnia contributa forent. Additum vt cauere tur illa eo iure omnia Anglus haberet, quo qui optimo. Rex Francus intra certam diem, ea plus q; annua erat, summo in Aquitanos imperio iureq; cederet. Ea q; omnia ita futura, Rex Francus Delphinusq; ac omnes proceres Regii generis iureiurando sancirent. Iure iurando itidem solenni Anglus exueret se iure, si quod illi in Regnum Franciae summumq; dominatum, spemq; hereditarii diadematis extitisset. Numerarentur etiam Eduardis tricenis centum scutorum milia: deducerentur vtrinque exercitus, praesidia, milites. Interea darentur obsides duo filii Ioannis Regis, Duces Andium Biturigumq;

cum alteris duobus Ducibus, Alenconio, Borbonioq. His conditionibus, ac datis, quos conuenerat, obsidibus, quarto q̄ captus fuerat anno reuertit Ioannes Rex. Ciuitates quas dari placuerat, facere ditionem Anglo abnuebant. Aegre peruicit vt temporī cederetur. Deducta praelidia cum in vnum coissent, fortunas reliquas agrestium agebant, ferebantq. paci agrisq. infesta, ac vrbib⁹ formidolosa. Pontificem inuisens sacrā militiam professus est, & pietatis causa, & vt omnem Galliam ea lue liberaret: illosq. in verum hostem duceret. Mortuo interea Philippo Burgundie Duce, eodem item Burgundiae, Atrebatiumq. Comite, in Burgundiam se contulit. Filiam Longi Regis maximam natu, quae iure materno Burgundiae eadem iure auiae maternae Atrebatium Comes fuit, nupsisse Odoni Duci Burgundiae ostendimus: quo ex matrimonio est editus Philippus: ex hoc alter Philippus: quo, ineunte adolescentia, defuncto, Burgundionum Annales (quos equidem euoluerim) produnt illam aliam Longi Regis filiam, quae Flandro iuncta fuerat, in Comitatus Burgundiae Atrebatiumq. Francum vero Regem Ioannem, q. ex Ioanna magna Philippi Ducis amita a Philippo Rege procreatus esset, in Ducatum successisse: illumq. filio Philippo Audaci dono dedisse. Franci Annales nihil aliud q̄ Regem in Ducatum successisse, commemorant: Audacemq. iam Ducem Turonum, post obitum patris relicto Turonum Ducatu, a fratre Carolo Quinto Rege Ducem Burgundionum creatum. Ioannes rex ad reliquas res, anteq. in religionis hostes moueret, perficiendas, Itium ad Anglos redit, atq. Londinium trāsmisit: ibiq. morbo correptus obiit: anno eius seculi sexagesimoquarto: relicto filiis Carolo Quinto, Ludouico Andium, Ioanne Biturigum, Audace Turonum an Burgundionum Ducibus: simul Ioanna Nauaræ Regina, Isabella vxore Ioannis Galeatii Mediolanensis. Huic dos Comitatus Virtutum est attributus. Is dominatus est in finibus Campaniae Francicae. Carolus Quintus cognomine Sapiens, primum omnium relictum ex Anglia patris corpus ad Dionysii Parisiorum amplissimo funere extulit. Exin Remis more institutoq. maiorum sacratus, Lutetiam regreditur: ibiq. omne prope, quo regnauit, temporis spatium egit: per praefectos fratresq. bella gerens. Bertrandus Gesquinas genere Britannus, vir bello egregius de Nauaro Meduntam, Mus

pp. Burgundia dux

lanchumq; cepit, eumq; acie deuicit: simul saluo fœdere Anglico, in Britannia res geri poterant, q; pace Britaniaca neq; cautum, neq; exceptum erat quo minus Ioanni a Monteforti Ioannis filio, Caroloq; Blesensi ius suum armis persequi, ac inter se decertare liceret: auxiliâq; vndecunq; accersere. Id eo consilio factum videri poterat, vt qui bello assueti turmatim cateruatimq; vagabantur, ex reliqua Francia in Britanniam dulcedine belli abirent: Frustra contendente Petro Lusiniâno Cyprio Rege: qui ex oriente ad nos profectus author erat, vt sacrum bellum ab Ioanne Rege destinatum, eo defuncto nihilo secius susciperetur, gerereturq; ceteris interea bellis omis- sis, curisq; depositis. Qui Francicarum partium fuerant, ad Caroli: qui Anglicarum: ad Ioannis signa se contulere. Blesensis commisso certamine, in acie cecidit, sancta post obitum sui memoria: & ab hoste quoq; victore, amplissimis verbis collaudatus: transactioq; mox consensu facta. Ioannæ viduæ, cuius nomine id bellum gestum, red- ditus Principatus Pontiberæ: ac non pauca præterea contemnenda ve oppida. Ioannes, Dux Britannia dictus, Franco Regi se iureiurâ do deuinxit. Iam ad aliquod externum bellum ii qui domesticæ paci graues supererant, abducendi erant. In Hispaniam itum. Petrus Castulonensium Rex, primum fœdus cum Francis percusserat: affi- nitatemq; iunxerat, Blanca Borbonii Ducis filia, eadem Reginae Franciæ sorore, in matrimonium ducta. deinde Anglorum studio- sior factus, vxorem indignum in modum habebat, maleq; tractabat pellice Padilla insimulâte, eam thori emulæ impatientem, cingulum aureis bullis quibus vis magica inesset, Iudeo quodam authore con- ficiendum curasse: quo vxorio munere accepto si vir Rex ignarus doli, cingeretur: mente minutus & corpore, in potestate vxoris fo- ret. Obiit Borbonia fato suo an fraude aliena. Tarraconensium quoq; Rex a Castulonensi bello vexabatur, Francorum cupidus. Simul Hen- ricus frater Castulonensis, nothus, in Franciam refugit, domo exa- ctus, oppidisq; exutus: quæ a patre Rege, assentiente Petro iusto fi- lio accepisset. multosq; annos nemine contratendente, obtinuisset. Gesquinas per Tarraconensis Regis fines in Castulonensem duxit ac Henricum domum restituit. Petrum exegit. Is cum liberis ex prio- re vxore Lusitani Regis filia susceptis, Burdegalam ad Anglum p- fugit. Princeps Anglus angustiis Ronceuallis superatis, duce itinere

Q

rum Rege Nauaræ, ad Pompellonē peruenit. Exin prægressus Na-
uarus Rex, interceptus ab Oliuero Manno gente Britāno, sed Frā-
cicarum partium: ac Tarraconem ductus. Anglus suspicatus est eū
volentem captū: ac vltro se Francis obtulisse: Nihilō secius Petrum
in Regnū restituit: Gesquinatem acie vincit, capitq;. Henricum fur-
gat. Mox cū Petrus militi stipēdiā (vt conuenerat) non dissolueret:
copias deduxit. Nauarus dato obside filio, dimissus. Gesquinas pre-
cio redēptus. Henricus cū Franciam ex fuga repetisset: nouo exer-
citu adiutus domūq; regressus, ac destitutū Anglicis auxiliis fra-
trem hostem adortus, victor occidit: rerūq; potitus, Rex cōsensu sa-
lutatur coronaturq;. Dux Lecestricę Principis frater, cōcebs maiorē
filiam Petri Regis in matrimoniū accepit: Comes Cantibrigiensiu
minorē. Princeps Aquitanis noua & insolita genti vectigalia impo-
nebat, tam magnis rebus gestis egens. Iam gentē liberius viuere as-
suetā Anglici tēdebat imperiū. Ciuitates ab Ioāne Rege Anglis tra-
ditæ, flagrabant desiderio Franci Regis: deplorabant præsentē re-
rum suarū statū. Minime omniū pati poterant singulis tandē focis
tributum indici, cogiq; a Principe. In primis Comes Armeniacus,
cum veteribus legibus iura nō reddere Principē conq;reretur: Fran-
cum Regē appellauit, ad eū prouocauit. Primū Rex Frācus eas dis-
ceptatiōes aspernabat. Deinde Dormanus iuriscōsultus, cuius pru-
dentia q̄ plurimum Rex utebatur: author fuit Armeniaco vt causas
agi in cōuentu Parisiensi ante pacē Britāniacam cōceptas, Rege Frā-
co Parisiensiq; senatu cognoscēte, perseq;retur: quādoquidē diceret
futurum, vt hac fenestra patefacta lux rebus obscuris exoriretur.
Nihil prius motū q̄ obsides Francorū: qui apud Anglū asseruabā-
tur, vt suos interuiserent, dimissi domū reuerterunt. Cum Armenia-
cus nullū finem faceret de Principe Anglo conq;rendi: iuraq; prouo-
cationū, & leges Francicas implorandi: missus Burdegalā quidam
Caponellus ex Belsica nobilitate, Principi diem dicere ausus, in præ-
sentia sine noxa dimissus: cū in fines Agenensiu peruenisset, ex itine-
re retractus est: alter subinde ī Angliā mittitur cū literis, ignarus in
illis bellū denūciari ipsi Regi Anglo. Is illesus dimissus, & incolumis
domū rediit. Cōtinuo Comitatus Pōtiuensis oppida cōsiliis ante p̄-
paratis ad Francū defecere. Simul diuerso loco Cadurcorū vrbs, ac
oīa in eorū finibus oppida in fidē rediere, excellenti Episcopi ciuitatis

opera. Anglus domo Burdegala copias transmisit. Excursiones parue ac non magnae expeditiones facte. Nec modo nobilissimis viris vis insidiaeque parabantur: sed Isabella Ducis Borbonii mater, eadem socrus Regis Franci, cum frequenti grege matronarum virginumque ad Belaperticam captae: ac aliquanto post, grandi pecunia receptae. Biturigum Dux Lemouices, ipsis se dedentibus, recepit. Maior moles exercitus Itium classe appulit, multis passim locis vagati, ad Iudeam suburbanum Lutetiae vicum castrametati sunt. Magister equitum Maurellus Fiennus imperium deposuit. In eius locum Gesquinas suffectus: Anglis Franciam vrentibus, nihil per trepidationem egit: opportunis locis ad ortus carpensque postremum agmen, modo etiam a latere ac transuersus incessens: ita affecit, uti eos conatus audaciaeque pueret tandem poeniteretque. Qui horum superfuere in Pictonibus, iis suorum se coniungere qui magno satis numero in praesidio urbis erant. Lemouicum urbem Angli receperunt, ac ob iram defectionis direpta incedere. Haec in continenti: sed & mari res gestae. Classis Francorum classi Hispanae ab Henrico auxilio missae coniuncta, expugnat quinque & triginta hostium naues ad Rupellam: quo in oppido trepidatum fuit, quod inter Anglicum praesidium oppidanorumque suspicio mutua, diffidentiaque esset: Actumque aliquid memorabilis facinoris fuisset, nisi classis Francorum cursum direxisset ad oram maritimam Angliae euastandam. Interea Rupellanos animi adeo confirmantur, ut dum Gesquinas Fanum Seuerum obsidet, redeuntem ad distinendas vires hostium classem Francicam Rupellani per se sustinuerint, intra arcem continente se praesidio. Qui vero Angli praesidio Pictonibus erant, cum opem Fano Seuerum ferre conatur, utrobique offenderunt. Pictones enim leuati metu sese Biturigum Duci dedidere: & repulso noui hostis aduentu: Fanum Seuerum Gesquinas cepit. Biturigum Duci Rex Comitatum Pictonum, Santonumque utendum fruedumque concessit. Et Rupellani deditioem fecere deplorata omni spe, quod Capitalis Buziorum, ita Principem suum Buzium (Vasconiae ea Regio est) vocitant, nobilis bello Anglicarum partium Dux, subsidio cum magna manu veniens, ipse captus a Franci fuisset: ceteris vel fuga dilapsis, vel cede stratis. Ioannes Dux Britaniae quod Angli Regis gener erat, popularium animos auertere a Franci elaborabat. Proceres gentis tres, Roanus, Lauallus, Clissonus, denunciauere, nisi quam iureiurando Franci fide dedisset, seruaret: se ab eo defecturos: nec ea re vilius se noxae, fraudisve

conscios futuros. Igitur minime tutū ratus se illis credere, in Angliā
transmisit, ad excitandū inde maiore vi bellū. Interea summā omniū
rerū Britannicarū Roberto Canolo summo armis Anglicis duci:
qui amplissimū patrimoniū in Britannia habebat, ac gloria belli, san-
guinisq; nobilitate præstabat, tradidit. Franci Britanniam ingressi
compluribus ducibus, alii alia oppida, arcesq; adorti sunt oppugna-
re. Brestum maritimū oppidū Robertus Canolus tutabatur. Subi-
gi ad deditiōem terra oppugnantibus nō poterat. Eodē tempore
obsidebatur oppugnabaturq; Deruallū, quod oppidum patrimoniū
Roberti censebat, eius cōsobrino Hugone defendēte. Is pactus est
deditiōem se facturū, nisi intra duos mēses ex Anglia tantū copiarū
adueniret: vt potestatem pugne equo loco facere, ac se obsidione exi-
mere possent: interea se neq; militē intra mœnia recepturū, neq; cō-
meatus: ac ad fidē promissorū duodecim obsides dedit. De Bresto
in eadē fere verba & Robertus pactus est. Ex Anglia auxilia mari
intra constitutā diē aduenere: castrisq; naualib; munitis, ac loco ido-
neo capto: maritime Anglorū copiarū puocabāt ad pugnam Frācos
terra præliū nō detrectaturos, pcul a nauibus campis patētibus se
nō cōmittebāt. Francus dimicaturū se profitebat, si (vt cōuenerat)
pari similiq; prælii genere, equa cōditione certaretur: soluereq; obsi-
dionē virtute illi conarent. Die circūacta, Angli nauibus Brestum a
Roberto recepti sunt. Denūciantī Frāco se in obsides Deruallensiu
animaduersurū: renūciari iussit Robertus: Hugonis vni; arcis pfe-
cti pactiōem nō teneri se: q; summā rerū Britannicarū obtineret: pa-
ctiōis vero suę conditionē cōmissam nō esse, quando auxilia intra
spatium tēporis cōpositum aduenissent, & ad Pugnam puocassent:
nec Brestum ingressa sint, nisi post tēpus quo non licere cautū fuis-
set. Deruallum familię suę oppidū, vt minis territus tradat, cōmissu-
rum se non esse: sin sæuiretur in obsides, se quoq; sumpturū suppli-
cium de totidē numero captiuis: quos ex Francica nobilitate habe-
ret. Apud summū Pontificē fidem Francorū inuisam facere ac dete-
stabilē oibus gentibus conabant Angli oratores: q; a Britiniaco fœ-
dere discedere eos dicerēt: quod vtri priores violassent, eos fulmine
iraq; sacrosactæ potestatis feriēdos cōuenisset: idq; amborū iusiurā-
dum Authore Pontifice piū habitū. Frācus orator & memoriā Ioā-
nis fraude liberauit: & Quinti factum a crimine periurii vindicauit.

Reliqua erat duplex disceptatio de iure & Regni & belli: quã cognitionẽ Põtifex nõ recepit. Tantũ audiuit Francũ de Flandria agentẽ. Comes enim Flãdrię Ludouicus filius Ludouici ex Longi Regis filia, eadẽ Matildis Atrebatũ & Othonis Burgundię Comitũ nepte susceptus, vnicam filiã Margaritã Ammonio filio Angli Regis desponderat: petebatq; vt cũ ob propinquã cognationẽ patrum sanctionibus matrimonio iungi vetarent, legibus sacroq; impedimẽto soluerentur: qua re, Flandria & alii dominatus ad Anglorũ opes accedentes, magnũ momentũ rerum futuri erant. Ne in eam causam pronior foret, animum Pontificis Francus exorauit: q; Flandria, confessione etiã Angli, beneficiũ Francorum esset: equiusq; videretur eam origines suas respicere, q; hosti conciliari: materiam inĩtiumq; noui belli futurã. Margarita nupsit Philippo Audaci. Comes eo minus generum Audacem Ducem aspernatus est, q; paciscendis his nuptiis sibi reddebantur illa tria oppida, quę Francũ de Flandris pignoris nomine obtinuisse memorauimus. Fuere qui hac in re sapiẽtiam Regis desiderarint: eumq; persepe cognomen suum rebus gestis equasse: illi imparem in Flandricis nuptiis extitisse dicerent: qui cum inĩtio optionem habuisset, vtrum filiã Ducis Borbonii formosissimã, an Flãdram, pulchram quidẽ, sed multo minoris venustatis vxorem duceret: amores affectusq; suos cõmuni vtilitati antulerit: cum Flãdra nobilissimis Comitibus dotalibus adeo adauerit maritum Ducẽ, vt soboles eius formidolosa Regibus, ac prope exitio extiterit, æmulatione rerum administrandarũ: ac ingenio mortalium ita ferẽte, vt pro opibus quisq; spiritus gerat animosq;. Rex Francus cum Nauaro amicitiam redintegrauit. Paulo post qdã Nauari scelus ignoratum fuerat, indicio patefactũ est, compertũq; eum quosdam sollicitasse, corrupisseq;, vt Regi Franco venenum miscerent. Venenariũ depræhensi, pœnas dedere. Mortua erat Nauari vxor eadem Franci soror: cuius lachrymis permulta mariti scelera condonata fuerant. Rursus igitur Francorum hostis iudicatur. De illo Eburouices recepti. Cæsaroburgum frustra tentatum. Anno eius seculi sexto & septuagesimo Eduardus filius, insequenti Eduardus pater Rex, decessere. Ricardus Eduardi iuuenis filius, duodecim annos natus, auo Eduardo Regi: qui moriens ita iusserat, successit: nulla mota a patruis clarissimis Ducibus controuersia.

Q. iiii.

Sub quod tempus Francus Rex memor captiuo apud Anglos patre, iuuentē suæ ut rectores darentur Lutetiæ tentatum, ac quæ plurima per licentiam popularium facinorose impotenterque facta, frequentis procerum patrumque conuentu, lege de filiis Regum sanxit: ut mortuo patre Rege, maximus stirpis filius continuo succederet. Isque ingressus quartumdecimū ætatis annum, & coronaretur, & extra tutelam foret: resque administraret. Eam legem eo etiam latam ferunt, ne diuturniore tutela res nouæ oriretur: tam multiplici cæcaque mortalium cupiditate. Pius sapiensque pater habitus, gloriam etiam optimi iustissimique Regis solidam assecuturus, si communi salutis prospexisset: ne sub Rege filio ætate florente, sed mente minuta, res ipsæ pessum ire possent. Gesquinas in Aquitania fuis fugatisque multiplici prælio Anglis, Condatum, Bergeracum, Fanum Fidei, Castellionem, Canderetum, Fanum Macharii, Lungonem: partim vi, partim ipsorum voluntate recepit. Durassi arcem alterum & vicissimum obsessam diem, compulit ad deditiōnem. Dux Audax Anglos Itio crebro erumpentes crebris proeliis deuicit: circumiecta oppida cepit: hostes intra Itii moenia compulit. Angliæ ora maritima a Francis euastata: quædam etiã oppida capta, direptaque, ac igni absumpta. Ad necessitates belli ea tempestate vectigal salis ac pmercali uino impositum. Tota Britannia, excepto vno Bresto, in fidem Franci redierat. Florebat Caroli Sapientia Regnum, cum Angli proceres vniuersum terrarum orbem circummittendis legationibus sibi consociare studebant, auertere a Franco, inuidiam illi conflare. In Germania tanto assensu auditi sunt, ut cum Carolus Augustus, qui Franci Regis auunculus foret, ac Venceslaus a patre Augustus cooptatus, prope soli Franco studerent: bellum Germanicum in expectatione foret. Misit igitur & Francus oratores in Germaniam, ut fraternum inter Francos Germanosque nomen sancte a parentibus cultum, repeterent: refellereturque Anglorum in Francos probra iacta. Conuentu procerum dato, cum præsiderent Cæsares, pater filiusque: Princeps legationis Anglorum ita exorsus est. Causam apud Pontificem maximum hanc eandem egi, Cæsares, non minus iustitia sancti, quam dextra inuicti: Sed quia cum belli legibus ea disceptatio coniuncta videbatur: sanctissimus vir maluit arbitrii sui rem, summorum Ducum Regum, Imperatorum existimationi relinquere, quam arteis militares, &

Martís iudiciũ, ab armorũ perítis Augustæq; maiestatis pceribus, ad Pontificia, pacisq; studia reuocare. Nũc cũ & Pontifex maximus & omnes gentes quid tanta de re sentiatis expectent, ac in vos oculos coniecerint: & ego apud quos, & quo in cõcilio orationẽ habeã meminero: & vobis quos nullum vnq; belli fulmen terruit, certo scio nullam rẽ antiquiorẽ potiorẽq; religione immortalitateq; nominis vestri futuram. De pace Britaniaca cognoscẽdũ vobis est, quæ diuurni belli finiendĩ, amicitieq; inter duo potentissima Regna conciliandæ causa facta, si dirimitur infirmaturve: eadem mala renascantur necesse est, quorum tedio composita fuerat. Sin qua pietate iuncta est, eadem seruatur: & quod secus factum est, nutu vestro Cæsares, restituitur: ingentes cædes, anteq; exoriãtur, extinxeritis: & nostra hæc ætas festam pacem, & posteritas securitatẽ suam vobis acceptã feret. Virib; impares semel atq; iterũ acie viceramus: & quoties aperto Marte, veraq; virtute pugnandĩ copia fuit, toties rebus nostris humana ope destitutis, ac tantũ bonitate causæ suæ frætis, Numen euidentissime affuit. Infirmi inualidq;, firmos p̄ualidosq; vicimus: clementissimeq; vsũ victoriã fuimus: nec quas iure belli licebat, victores leges victis captisq; imposuimus. Quãti bellum nobis steterat, impensas persolui placuit: & fœdus quod florente re Francica Diuus Ludouicus Rex cum maioribus nostris, rebus nostris inferioribus, percusserat: reuocari confirmariq; cõuenit: vt Aquitania ad nos rediret: quæ parentum nostrorum fuerat: nec id gratuito, sed in mercedem ac velut permutatiõne cederemus Angli Francis iure, quod maiorum nostrorum per multas continenter ætates fuerat in Normanos, Cenomanos, Turones, Andes: q̄ Franciæ terrẽ nobilissima, opulentissimaq; pars est. Præterea Pontienses habemus, q̄ cõfessione Francorũ materna dos Regibus nostris est. Hæc quæ rem continerẽt in primis erant. Et quia sanciebat, vt ea habemus eo iure, quo q̄ optimo, vicissim cõuenit, vt iure Regni Frãncici, hereditateq; ac successione cederemus: qua in re & causa nõ inferiores, & fortuna belli ac iudice Marte, superiores eramus: & exẽplo multorũ nobilissimorũq; Regnorũ, q̄ vel fœminis, vel Regiẽ stirpis fœminarũ filios ad Regnum vocãt. Regi nostro primo Henrico non successit Matildis filia, sed Henricus ex eadẽ Matilde nepos nobis iura dixit, Beneficiariũ Francorum Comites in mediã Francia nati,

Q.iiii.

ſceptra noſtra tenere poſſūt: Regia noſtra ſpem amittet externorū
dominatuū. Sed Angle cū initio de Regno ageret, eras ſuperior iure
cauſaq;. Ceterū cum in Philippi Valeſii verba iuraſti, vltro iure tuo
tūc te exuiſti (hoc enī Frācus crebris ſolet uſurpare ſermonib⁹) Si
abſq; exceptione iuraſſem, tñ infirmitas etatis, qua erā, in integrum
reſtituta, equis iudicibus fuiſſet: Sed his verbis iuraui, vt ius meū, ſi
quod præterea mihi in maiorem rem erat, imminui non poſſet, vt il
lud iuſiurandū in ſummā regni ſpem ne mihi obefſet teſtarer. Quas
ob res in fœdere Britiniaco cum iure Regni Francici ceſſurum me
profefſus ſum, id maxime omniū tibi optabile erat. Cedo tibi Nor
manis, Turonibus, Cenomanis, Andibus. Reddis mihi diui Regis
tui fœdus, felicibus rebus tuis iſtum. Condone tibi ius Regni aut
certum, aut non minus in me q̄ in te probabile: & iniquas conditio
nes cōquereris, dignaq; tibi cauſa videt, cur obſides ad fidē p̄miſ
ſorum datos a me in diem certam eblanditus, cū ea circūacta repo
ſco, non reddas: ac ne iura quidem gentium ſerues. Cum Rex Regi
bellum indicit: mittuntur fœciales, qui propalam res repetant: ac ni
ſi reddantur, bellū indicant: Tu quos miſiſti: Nullius nominis homi
nem, ignarum quid ferret, legiſti. Hæc eſt, Auguſti, expoſtulatō no
ſtra. Regem Ioannem bello cepimus: coluimus, vt domi magis co
li non potuerit. Aequiſſimas leges, quaſq; pari vtrinq; fortuna ſcri
bi par fuiſſet, ſcripſimus: obſides accepimus: Procereſ Regiū inter
Francos generis, omnes ſe iureiurando in fœdus Britiniacum ob
ſtrinxerunt. Pacem, Ioannemq; reddidimus. Iſq; domum reſſus,
turbatas res compoſuit: Burgundiam ditionis ſuæ fecit. Feſtam pa
cem fœlicitatemq; conſtituit. Floruit liberis, opibus, imperio: quan
tum pari temporis ſpatio nullus ætatis ſuæ: quantum nullus vnq;
gentis ſuæ Rex. Ad nos vbi cultus fuerat, reſſus: in cōplexu filio
rum Ducūq; obſidum mandata dans, bona ſpe poſteritatis, migra
uit e vita. Filius eius Rex quod fœdus & ſuo & paterno, & Regiæ
nobilitatis vniuerſę, iureiurando ſanxerat, violat: receptis arte obſi
dibus, bello nullo more gentiū indicto, Pontiuēſem Comitatum, ma
ternam dotem meā: Aquitaniam iam inde a Leonoræ matrimonio
& poſſeſſione maiorū meorū, & cōfeſſione priſcorum Franciæ Re
gū, & fœdere recentī meā, furto occupauit. Ego ſiqua eſſet in terris
Auguſtior maietas q̄ veſtra Ceſares, ad eā q̄rimonias deferre in cā

qua maior incidere nulla potest. Nunc cum maximis, inuictissimis, ac sanctissimis sedeatis, totius terrarum orbis animis in expectatione iudicii vestri erectis obseruantibusque, quid valeant affectus vestri, quid integritas, quid religio: annuite, quam sancta apud vos foedera extitere, tam inuiolata inter ceteros esse debere: & quae rerum administrandarum praecipua ex vetere summorum Imperatorum memoria petiuerunt: ea reliquos a vobis petere oportere. Angli orationem excepit Francus orator: atque ita differuit. Non dissimule Augusti, nos pacem Britanniaco iureiurando sanxisse: foederaque apud mortales sancta esse oportere, quod eorum religione pietas animorum fidesque rerum superis deuinciatur. Quod si foedus Britanniacum, Angli orator clarissime vir, cum ego graue censerem, tu leue existimasti: cur in ea transactione, in quam uterque consenseramus, mihi sanctam esse vim sponsonis postulas, quae tibi vilis est? Causam fidei datae, quam apud summum pontificem obtinere non potuisti: Caesaribus te probaturum confidis? Nec ille eam ab se ad quem reiecit: sed cum inferior in controversia religionis inuenireris: ad iusque belli & disceptationem de Regno transires: hanc rem sui arbitrii non oportere esse censuit. Ita apud Pontificem de bello: apud Caesares de pietate agis. Nec nunc Augusti in nos iudices sedent: neque te accusante causam dico. Existimatio eorum non iudicium est: quibus tamen & ipsis, & per eos omnibus mortalibus satisfactum: & nos perpurgatos volumus. Quod si causam nostram per se satis firmam sentient: magnitudinem Augustissimorum animorum eam fore confidimus, ut affectus eorum plus valeant ad calumniam ab innocentia propulsandam, quam pudor ne imperitis videatur aliquid gratiae concessisse, absterreat ab aequitate nobis imperitanda, quam alienissimis praestant. Non stare me foederi criminari. Si id tibi ratum est: ego quoque non rescindo. Sin fragilis: desine alius necessitatem ab eo discedendi imponens, in nobis id vitio vertere, quod tibi fraudi esse non vis. Spondidisti te quam primum exercitum deducturum: viuo Ioanne Rege, non deduxisti: non deportasti. Relicti abs te inter nos tanquam in hostico milites tui infestiores nobis pacem fecerunt quam bellum fuisset: plurisque eorum discessum coemimus, quam quatenus unquam nobilissimi exercitus opera in bello nobis steterit. Hoc de milite tuo. Illud vero utique tuum est. Oportebat frequenti utriusque gentis concilio te solenni verborum nuncupatione, cedere iure Francici

Regni, quod tuum esse contenderas: doce id abs te factum, quod sola conceptione verborum, corrogatisque proceribus fieri poterat. Cum in tantis rebus pax Britaniaca apud te nullas vires habuerit, cur indignaris me meum ius retinere statuisse? Tibi Comes Armeniacus diem dicendam curauerat. Missus est qui tibi denunciaret. Non mittebas qui excusaret, sisteretve aut cognitor fieret: & bellum insuper minitabar. Missum est ad te decretum: quo hostis Francici nominis iudicareris. Expectabas ut foecialis, aut aliquis e proceribus legaretur. Tu qui beneficiarius meus es, in cognitione causae qua apud me reus es, Duces internuncios ne praestoleris. Sed vna atque altera victoria te ferocem facit. Fateor cum tropheis Francorum Oriens Occidensque refertus sit, interdum nos fortuna praecelii inferiores discessisse: Abs te nunquam bello victi sumus, ne nimis iudicium Martis amplectaris, iusque belli cum iure causae confundas. Communi concilio Franciae, cuius iudicium est, te Regni ius postulante, haec controversia dirupta est. Foeminis Regiae stirpis, neque ipsis neque maiestate earum filiis Regnum nostrum cedere, palam factum est. Et quod sacramentum Regi Philippo Valesio dixisti, non circumuentus adolescens dixisti: nec iter eos qui passuri essent te circumscribi: nec deteriore causam tuam fecisti, ut restitui te in integrum oporteat: nec iis authoribus, quos perfidiae, seculorumque criminari conueniat. In Ambianis eras. Aderant, ne meos enumerem, Dux Lotaringiae, Rex Nauarum, Rex Balearicus, Aderat parens vester, Augustus, immortalis nomine Rex Boemiae. Aderant quatuor millia equitum: nec iurasti nisi accepto Ducatu Aquitanico. Eadem qua caeteri beneficiarii formula, fidelitatem mihi praestaturum te iurasti neque mihi alligasti. Sed quod osculum, quod ex consuetudine datum oportuerat, omittebas, consulereque domum tuos peruelle dixisti, eiusque rei veniam dedimus, regressus in Angliam, conuentumque gentis habitum, ad eos retulisti: quid fieri abs te placeret. Re per multos dies agitata, de omnium sententia oratores in continentem misisti qui osculi libationem ferret, profitereturque verbis tuis te mihi beneficiarium: me tibi Regem iustum legitimumque esse. Qui Sceuole, consultius egissent, quam tu tam grauius tuis alienisque authoribus: & a liberis Augustis danari pareris Regis fidei autoritatemque postulas: quam tota Anglia terra tua, sanctam iudicauit: cuius ne te quidem ipsum ante poenituit, quam Robertus Atrebas Francus exul ad te transiit: causamque tuam, quam danarat, non

verbis, quibus controuersie regnorum minime dirimeretur, sed ar-
 mis agendam prosequendamque dixit. Tunc demum legibus victus
 ad bellum descendisti: ut nunc bello inferior leges imploras. Pontiuē
 ses, fateor ita tuum a me in te profectū beneficium dotēque fuisse, ut
 summus dominatus penes me esset. Quod te causa cognita amisis-
 se indicas, teque voce tua prodis: cū te beneficiariū meū in latus meū
 strinxisse ferrum, victoriamque de me reportasse, hoc loco audientī-
 bus Augustis, cōfiteris: ut nō sit certior fides cōfessionis tormētis
 quā conscientia expressē, Normaniam, Cenomanos, Turones, Andes,
 nobis te remisisse prædicas: ut fœdus diuī Regis tibi, Aquitaniāque
 restitueremus. Sed diuus Rex summum dominatum imperiumque
 in omnia, sibi posterisque retinuit. Tu vero verbo remisisti ea quorū
 possessione multis ante ætatibus, legibus cecideras: quæ continen-
 ti multorum annorum vsu tenebamus. Aquitaniæ si primam cau-
 sam spectes, videas ad Leonorę tuę patrem Comitem Pietauensem
 tres tñ Prefecturas, Burdegalensem, Agenensem, Baionēsem, Bene-
 ficiarias a maioribus nostris peruenisse. Ceteras ciuitates vi tēporū
 ab eo eiusve familiæ Gulielmis occupatas, ut Rolo Neustriā armis
 suam fecit, & Notho filio reliquit, contra Frācorū instituta, ut Mar-
 tellorum, Fulconumque ac Theobaldorum familiā, Turones ac Ceno-
 manos inuasit: occupatis Regibus nostris, aut domesticis, aut exter-
 nis bellis: ac ita posteros eorū tenuisse cōstat: ut multis monimētis
 testata foret perpetua expostulatio nostra: nec vlla temporis longin-
 quitas, nulla vetustas, a iure publico Regione aliquid vi raptum, eo-
 demque vitio retentum, reclamantibus iustis dominis vsu capere pos-
 sit. Et quoniā diuī Regis nomē iactas: diuus Rex cum fratre ac tot
 proceribus, tātōque exercitū captus a fero cupidoque hoste, minore pō-
 dere aurī cū omnibus suis redēptus est, quā quanti vnū Ioannē de te
 beneficiario nostro redemimus: cetera nobilitate tātīdem, atque adeo
 pluris, recepta. Et vtrū Rex Ioānes ad victores Anglos reuersus, ab
 eisque receptus: apud eosque, qui coluisse videri volunt, defunctus: nos
 sequi omni religioe (siqua forte reliqua tenebamur) liberauit: an etiā
 in fato functos iura belli valeant, iudicium difficile non est. Quos vi-
 uos nobis obsides reddidisti, etiā si eos se ad te redituros vel sua vel
 aliena fide tibi obligasses: noua tñ illa nudaque pactio, vetere cā subla-
 ta, nulla noua suborta spōdendī materia, eos nō teneret: & cum pace

Cæterorū dolorem Rex sedare lenireq; tentauit, ne repulsam se passos existimarent: se quoq; in trecentis cupidissime futurū, & vel spatio pugnaturum fuisse: nec dextra nec animo cuiq; concessurum: sed maioris rei consilio teneri. Cū in nobilitate Francorum, tam multorum tam par sit specimen, vt iudicium præstantiæ difficile sit: necesse fuisse nō tam illos ad primordia pugnae secerni, q̄ hos ad summā vniuersamq; rem tutandam secū reseruari: se omniū voluntatem colaudare: quam virtutē inter trecentos præstaturi erant: eam, vbicūq; forent, præstarent. Irrita solatia, vanæ exhortationes. Trecenti Magistro aq; Eustathio Ribomōtano, & suo pte ingenio feroces, & testimonio Ducū, & mutua æmulatione, & pollicitatione Regis, sublatīs animis ante signa procedūt. Vbi ad rem gerendā signo dato vētum est, subditis calcaribus cōcitant equos, per vineas pedamētaq; per depressissimas scrobes, per altissimas fossas, per ardua, per prærupta, enituntur, euadere conantur, nullo clamore, nullo vulnere, nulla peste præsentī, imminētīve, a decore auertuntur: in dextra sua Franciæ salutem positam existimant. Equi sagittis vndiq; volantibus pauci imperterriti ad equites hostiū perrupere. Nec dubium erat, quin si cæteri agi impelliq; possent: cladem hosti inferrēt. Sed maxima pars in potestatem redactis frenis, spretisq; calcaribus, alii sese circumagūt, alii erectis prioribus pedibus equitem excutere cōtendunt: tumultumq; inter se insanamq; trepidationem consternati edunt: peditemq; etiam perturbant. Et erumpentes pari ferme numero hostiū equites, integri recētibusq; viribus per intermissa munitionibus spatia, vanū præliū trecentorū fecere. ac succedētī primæ parmatorū aciei, decurtataq; lancearū longitudine intra fustiū breuitatem armato militi occurrūt, oneratūq; immobilib; armis adorti, cedere primos ordines cogūt. Laxataq; tota acies, & postremos etiā pavor perstrinxit. Altera Anglorū ala propinquū tumultū cum mille sagittariis circumuecta in apertū latus secundæ aciei impetū repente fecit: nec diutina fuit pugna, difficilis ve res aut abigua. Qui Francorum poterant prius ad pugnam equos repetebant: mox cū iustæ lanceæ desiderarētur, pugnaq; fustium parū virium hoc loco aduersus hostem, non sudibus, sed iustis armis telisq; armatum, ac vltro irruentem haberet: nec incitare in hostem equos demptis calcaribus possent de salute cogitabant. Tunc Eduardus Princeps cum

reliquo equitatu peditatuq; Regium agmen adoritur. Præsentia Regis ne statim in fugam inclinaretur, effecit: cum duas victas acies conspiceret miles. Rex animo, dextraq; non deficit. Alibi fustibus alibi strictis gladiis dimicatur. Legati fratris filium cæsum Eduardus Princeps conspicatus, iussit corpus scutis imponi, portariq; ad patrum, renunciariq; eum violasse ius gentium, q; fratris filium in eos armarit, ad quos orator iuisset. Eduardum parem mercedem gratiamq; referre: ac hoc domestico cadavere remunerari. In medio ardore pugne non vacavit imperatum exequi: mox etiam procerum authoritas valuit, ne animo Cardinalis tantum vulnus infligeretur, prius q; sciretur, ea ne in re patrum culpa esset: quem postea comperitum est ipsum extra noxam esse: iuuenem a sene patre multo ante traditum Regi. Sed augustioris maiestatis viri cecidere, qui mori in vestigio stantesq; malebant q; terga fugæ dare, aut se hosti dedere. Cæterum cum trecentorum virtus maior q; felicior enitisset: cumq; fusa prima secundaq; acie omnes vires hostis in Regem versæ acerrime pugnarent: cædes procerum facta est. Philippus filius Regis cognomento Audax, a patre tegendo diuelli non poterat: miram virtutem præstitit: tandem circumuentus captusq;. Rex militis fortissimi strenuq; munere fungebatur. Anglorum nullus gloriam manum in eum impure iniectæ tulit. In Atrebatum potestatem venit. Dionysius Myrobrechus Atrebas cæde domi facta, exul apud Anglum honestum ordinem ducebat: & Atrebatum fidem virtutemq; Princeps probabat, commendatrice concilianteq; Roberti memoria. Hic Dionysius Regem in tumultu pugne agnouit: viaq; vi facta, propius accedens, Francica lingua hortatus est, ut circumfusa tanta Anglorum multitudine, inter tot furentia tela, necessitati pareret: certa presentiq; perniciæ, temporis cederet: seq;, quoniam sibi ipse minime parceret, suis fortunæq; Franciæ remedia malorum allaturæ, reseruet. Principem requirebat Rex. Ille alia pugna occupabatur. Atrebatum dextram Francus dedit. Necdum finis periculi. De captiuis inter victores certabatur: nec modo inter singulos, sed inter gentes, Anglos Vasconesq;, & qui ex reliqua Gallia signa Angli sequebantur. Rex a præhensantibus huc illucq; distrahebatur. In eius oculis Francorum aliquot nobiles dilaniabantur cædebanturq;, q; qui hostium pertrahere ad se tot eluctandis manibus

sed hi emulatione discordes. Quatuor deinceps nouissimi Pōtīfices
maximi Lemouices patria fuerant Clemens sextus: Innocentius se-
xtus: Urbanus quintus: Gregorius vndecimus. Vndetrīginta cōti-
nuos annos a Lemouicibus genus humanum sacra petierat iura. Fa-
ctio ea in purpurato sacroq; collegio multum adhuc maiestatis, vi-
riumq; habebat, retinere vt fama est ingēs summumq; decus in sua
sibi gente cōtendebant, vt quintum Pōtīficem maximū Lemouices
haberent. Reliqui Galli in medium: communeq; vocabant: & popu-
li Romani perstreptentia exaudiebantur arma: vnaq; illa vox circun-
sonabat, aut Romanum aut Italum volumus: nec videbatur popu-
lus armatus nisi voti compos manibus temperaturus. Inclinauit igitur
res, vt Bartholomæus Neapolitanus ciuis Archiepiscopus Ba-
rensiū Pontifex maximus declararetur: Urbanum sextum dixere.
Apud Pontīfices maximos Auenione in gratia: apud omnes autho-
ritate summa a prima iuuenta fuerat: vt & Itali & Galli suum existi-
mare possent. Baldus peritissimus iuris ciuili Pōtīficiq; interpres,
super tanta re eaq; recentī cōsultus aliquāto post edidit Urbanū si-
bi verum videri Pontīficem, q; Purpurati in ipso negotio p̄dicasse-
sent, vt orbi terrarum consulerent: simul q; Bartholomæum scirent
Pontīficio culmini esse: ac sacrae aulae peritum: iccirco se illum deli-
gere. Præterea eo mouetur Baldus q; Urbanus loco summe sedis ve-
lut natali sederet: q; post designationem eius, cum inter tumultum
diuersi patres alii in arcem Hadriani, alii extra urbem cōcessissent:
reliqui in Urbem in eades quisq; suas se recepissent, conticescente tã-
dem tumultu ad Urbanum regressi eum insignibus summi Pōtīfi-
catus magna excoluerint cerimonia: q; his verbis: his factis: his sen-
tentiis oēs regiones repleuerint, vt totus fere orbis ita sit opinatus.
Hęc fere Baldi verba. Ioannes quoq; Lignanus sacri iuris consultus
causam Urbani scriptis defendit. Cōtra eadē Vedasti Abba, idem a
cōsilio Regis Franci, monimentis literarū Urbanū damnat, vt in re
tāta tāq; ancipitis cōiecturæ Purpuratis vniuerso nomini Christia-
no post tertium mēsem scribetib⁹, quarū literarū exemplū extat, se ad
mortis piculū euitandū Bartholomæū delegisse: ratos illū ea eē reli-
giōe vt se in sacrosanctā sedē nō intruderet. Frossard⁹ eius etatis &
ipse author memorię mādauit, sub recentē Urbani electionē Cardī-
nalē Gebēnesem, q; postea Clemēs fuit, quiq; electioni Urbani affu-

erat: ac suffragium tulerat, ad Flandrum Comitem scripsisse delectum Urbanum consensu riteque. Scripsere continuo & purpurati Romani purpuratis Auenionensibus in eandem sententiam communes literas, quarum exemplum extat. Flandrus ac Britannus literis Gebenensis adducti ab Urbano vita deinceps omni steterunt: Gebenensi ante exortam æmulationem affirmanti, potius quàm, cum postea de pontificatu certaret, neganti: credentes: ea tamen religione, ut testarentur se uniuersi concilii, si quod forte cogeretur, placito sententiam suam moderaturos. Qui de Pontificum vitis scribunt: tradunt, cum Urbanus vitia temporum corruptissimorum tollere: moresque deprauatos emendare conatus, iubet purpuratos a donis muneribusque accipiendis: & a Simonum ambitu, labeque abstinere: tunc demum illos in solite seueritatis terrore adductos: ac pontificis ab se creati poenitentia subeunte, maximam partem causatos Urbanos æstus: pestilensque anni tempus: comitatu sumpto post tertium a designatione mensem Anagninam: atque inde Fundos: que urbs erat partium Regine Ioanne a Francis Regibus oriunde, secessisse. Annales Francici authores sunt purpuratos quos plurimos post delectum Urbanum extemplo ad Francum Regem misisse, ne fidem ullam haberet literis: nunciis vero Urbani: se Pontificem maximum creatum predicantis: eosdem, ubi Fundos ventum sit, Gebenensem delegisse: Regem ad hortos Vicenarum sanctiore consilio patrum: procerumque ac doctissimorum virorum habito, de eorum iuratorum sententia causam Urbani ut vi vitioque creati auersatum: agnouisse Clementem Pontificem, ut piis liberis Fundanis comitiis lectum: qui Auenione ut sancta iam & Urbis Romæ æmula urbe sedem sibi delegit. Eidem purpurati Auenionenses, simul ex Regibus Scotus Castulonensisque, vterque Franco foederatus se tradidere: sed Scoti constanti inexpugnabilique voluntate. Tarraconensis variauit, prius Fundana comitia: que & Cathalani: qui & ipsi Hispani sunt, secutus: postea Romana, que Itali, Germani, Ungari, Angli sanctiora ducebant: & ex eadem Hispania, Lusitani. Annonas neutri partium se addixere. Eam ob rem Cantor sanctæ ecclesiæ Parisiensis Episcopum Cameracensem neutras partes asciscendas predicantem, ausus est: literis, que extant, subincusare: quod, cum semel atque iterum Lutetiam habitum fuerit ecclesiæ Gallicæ concilium, ubi idem Episcopus se disse credatur, mox tamen eius synodi decretorum immemor vide

atur. Priore enim conuentu, qui mense Septembri coactus sit, confessu sex Archiepiscoporum: triginta Episcoporum, complurium Cœnobiorum patrum: simul theologiæ, iurisq; & ciuilibis & Pontificii professorum, constitutum, Cardinalibus Romana Comitia fando improbantibus non assentiendum, nisi maiore consilio grauioreq; deliberatione. Posterius concilium mense nouembri coactum, sed id infrequentius: iccirco priori stādum sibi visum: nec eam ob rem, cū duo existant, qui se Pontifices maximos cōtendant, neutrum sequendum. Etenim siue Cardinalibus, inquit, credis, neutrius esse nō potes: siue non credis, prioris concilii Parisiensis decreto standum tibi est. Is tamen vir primo Clementem, quem & Rex, deinde Urbanum secutus: ac Romam profectus est. Antoninus Pōtifex Florentinus refert, cum genus humanum duos vno eodemq; tempore Pontifices Maxi. habere non possit, tūc q; vtraq; causa haberet quod sequeretur: præclara ingenia sanctosq; viros, & eorum quosdam diuinitatis signis miraculoq; illustres, iudicio inter se dissentientes, alios ab Urbano: alios a Clemente stetisse: quo iustior nobis venia sit, si nudam rem, vt ab eius tempestatis potissimum authoribus accepimus, prodendam simplici enarratione summaq; religione censuimus: inter discrepantia studia, sententiasq; nihil nostri edentes: nisi q; Numine peccatis temporum succensente, id euenisse arbitratur. Extiterantq; qui velut spiritu diuino afflati vates id præcinerent. Ioannes Theologus Minor, anteq̃ Gregorio Pontifice, purpura in Italiam renigraret, Auenione ductus in carcerem fuerat, q; ea in vrbe grauib; concionibus vitia temporum coarguere: veteriq; fabulæ nouum commentum affingere auderet. fuisse diem per ambages dictitabat, qua cū omnia, quæ gignere natura potest genera volucrum iam in lucem edita: ac vestita suo quæq; decore, ornatuq; essent: apparuerit diuina specie auis, sed ea implumis: atq; iccirco quæ volitare, seq; alere vagando non posset: verum miraculo maiestatis: miserationeq; inopiæ adductas cæteras volucres, ne fame, miseriaq; periret, ex suo quæq; corpore aliquid plumarum: pennarumq; euellisse: in illamq; contulisse, quo ad cibum capiendum ferretur: victitaretq;. Hanc vbi se se tanto honore, dignitateq; esse, haberiq; sensit: fastu, spiritibusq; inflatam, tantam in se cæteris alitibus iram mouisse: vt consensu

Spoliata:redactaq; ad pristinā sit egestatē. Per simili ratione procerū ecclesię ordinē diuinitus institutū: sed initio inopē: deinde a mortalibus locupletatū, per superbiam, & quę minime deceret, ætatē agere. Si odium iudiciūq; mortalium ad quos venissent minime vererentur, si quando opibus iam præstent terrarum illis nullus metus, nullus pudor foret, at Deum cuncta acerrime intuentem, a quo ad hominū genus pietate demissioneq; animi imbuendum legati sint, tandem timendum sibi ducerent: qui quo tardior eo grauior q̄ mortales vltor futurus sit. Illum enim dextram in proceres ecclesię suę, fulmine armare: vt, quod ab homine fieri nefas sit, ipse non exuat modo, sed vt exurat: scindat: dissipet. At proceribus ecclesię sacrę minabatur: appetentesq; pœnas denunciabat. Regibus: Ducibus: Comitibus: cæteris terrarum principibus parcebat. Minime ille q̄ dem. Florente re Francica: sibiq; antē Pictauiensem cladem perfidente Ioanne Rege, non dubitauit vitia aulę grauius publiceq; increpitare, ipsiq; capiti rerum Regi in primis ingens, insolitūq; malum canere. Urbanus q; numero Purpuratorū Clemens præstaret, ne ea re inferior foret, triginta creauit Cardinales. Sed schisma Pontificiū totū prope terrarū cōcussit orbem. Primū omniū pax inter Regna conuenire non potuit. Britannus Dux qui princeps legationis Anglicę de pace cum Francis iungenda in Flandriam missę fuerat: soluto Gandauensi conuentu, compositionisq; mentione, ac actione sublata: & contentione schismatis magis exacerbatis odiis, in Flandria apud Comitem remāsit, q; eius amicitius erat. Id Francus moleste tulit: Francorum hostem iudicatum a Flandro Francorum beneficiario haberi coliq;. Accessit & alia causa, cur anim⁹ Quinti Regis noua indignitate moueretur. Mittebat enim oratorē in Scotiam Petrum Bonecellum, virum cum diuitem, tum diuitiarum ostentatorem. Is Clusę quindecim dies substitit ventum expectans: nec tantisper Brugas Comitemq; interuisebat. Tunc Dux Comiti, quin accersimus (inquit) hoc superbū caput: Prætor Clusensis iniecta manu iussit eū Brugas se cōferre. Vbi in conspectū venit: en (inquit) adsum captiuus vester: Extēplo sustulit vocē Flandrus, aitq;: quia te videre optaui, euocauiq;: ea re te captū dices? Excepitq; Britannus: Hę sunt dominatrices lingue, q̄ Regis animū perditissimis artibus possidēt auertūtq; ab Regię cognationis pcerib⁹. Apparebat cō-

R

citatos indignatione esse, succensereque non venisset nisi coactus. Ille quæ demississima orationis lenitate iram illorum in presens permul-
sit: se Clusæ sedisse semper in littore expectantem idoneam ad nauig-
gandum tempestatem: ut, quæ priuatæ nobilitatis partes sunt, fidem
operamque suam probare Regi, a quo legaretur, posset. Dimissus,
Clusam rediit: cumque discessum suum obseruari a speculatoribus
Anglis comperisset, omisso petendæ Scotiæ conatu, ad Regem Quin-
tum rediit, ac de Flandro Britannoque grauiter conqueritur. Rex
malum Comiti minatur, si ultra hostem Francorum Britannum a
ceteris pulsum, apud se habeat, iuuetve. Ille in Angliam traiecit: clas-
seque accepta Britanniam repetit. Veneti cupidissime eum recepe-
runt. Ad octo millia Anglicæ iuuentutis, duce Thoma Ricardi Re-
gis patruo, Itio mouere, Franciamque metiri sub signis cœpere. Infe-
stum iter Andium Dux per occasiones faciebat, vetitus a fratre Re-
ge, equo loco summam rerum fortunæ prælii committere. Hostis
tandem in Britanniam euasit: Ducisque opes validiores effectæ. Gesqui-
nas Magister equitum dum obsidet Castrum nouum, quod ab Ani-
tio Aruernorum octo millibus passuum abest, ac ab Anglicæ factio-
nis hominibus infessum erat: morbo correptus in castris decessit.
Lutetiam relatum eum Rex sepeliendum curauit ad pedes eius se-
pulchri quod uiuens sibi ponendum curabat. Nec Flandria conquie-
scebat. Gandauenses conquerebantur, a Comite suo noua & insoli-
ta vectigalia mercibus, quæ nauibus ad eos subueherentur, imposi-
ta: simul cognitiones rerum capitalium, iudiciaque, ab eo ipsius arbi-
tratu fieri, contra atque consuetudo superiorum temporum, eorumque
iura ac leges, in quas iurasset, ferrent. Brugensibus equiorem se præ-
bebat. Hi fossas ducebant quibus fluuium Lizam per fines Gan-
dauensium urbemque mediã fluentem in agrum suum ex parte deri-
uarent. Hinc bellum conflatum. Gandauenses Duce Ioanne Leone,
arma corripunt, alba capita induunt: ut id esset factionis insigne
aduersus Comitem Brugensisque. Hi cum allatum esset in se iri,
ab opere, diducendoque flumine discedunt. Comes etiam petenti-
bus per legatos Gandauensibus: ut portoria tollat, utque quem suorum
ciuem nauiculariam faciẽtem in custodiam coniecerat, sibi reddat:
ut ipsi de eo suis legibus, causa cognita, statuãt: illum e vinculis exem-
ptum legatis tradit: polliceturque pristinã vectigaliũ imunitatẽ se resti-

tuturū, tm̄ tumultuandī finē faciānt capitiaq; ponant. Id multitudo libens factura erat. Leo veritus ne omne consilium Comitis spectaret in suum vn̄ius caput: capitia hæc (inquit) salutis vestræ causa extitere, vt accepta vos in libertatē vindicauere, ita deposita, rursus vos in seruitutem redigēt. Albatī in amentia perstant: Rogeriumq; Comitis Prætozem cum ducentis equitibus, amplissimam vrbis aream occupare conantem, occidunt. Hæc agebat imperita inquietaq; multitudo, ac quorum fortunę omnes, fidesq;, in manu, quotidianoq; quęstu versantur. Optimates vero, ac qui rē habebāt, duodecim e corpore suo oratores ad Comitem Brugas mittūt: qui ipsi insontes, strati ad pedes rogent vt misereretur vrbis furore percitę: saluam q̄ euersam mallet: remedia sanandorum animorum inueniri posse. Placabilem se præbebat Comes lachrymis optimatium: q̄ nihil ipsi fide sua indignum egerant. Leo rursus suspicione perculsus fore vt de se vno piacula iræ, pœnasq; Comes expeteret: anteq̄ legati redirent perpulit Albatos vtī in eedes, quas in suburbio Gandauī, ingenti sumptu magnificentissimas extruxerat Comes: pleneq; preciosę supellectilis erant, impetum facerent diriperentq;: vt noua insuper noxa exarcerbatus Comes cum vniuersa plebe bellum gereret: ita in communi causa periculum suum facilius propulsari posse. Aedes direpte incensęq;. Ita mentio reconciliationis veniæq; interpellata: coactiq; sint Brugenses, cum Comes Teneremundę ab esset, aduenientem cum exercitu Albatorum Leonem mœnibus recipere, ac obsides dare. Exin Dāmū profecti intra mœnia recipiuntur. Ibi Leo decessit, magna suspicione veneni: nec iccirco bellum finitum. Omnem Flandriam suarum partium efficere Albatī contēdebāt. Hypras obtinebant aliquot milites, equitesq; Comitis: Gandauensibus oppugnantibus egregie oppidum tutabantur, quo ad plebe portas Albatīs aperiente, temporī cedere coacti sunt. Aldenarda oppugnantibus obstitit, maioreq; validioreq; Comitis præsidio defensa. Audax Dux quicquid Flandriæ socero periret, sibi speiq; suæ perire ratus, exorauit Fratrem Regem vt ire se in Flandriam, ac conditionibus reconciliare gratiam inter Comitem popularesq; pateretur. Iuit Tornacum: Inde ad Albatos misit oratores. Gens ea æquiores se futuro Comiti suo Audaci, q̄ veteri Principi præstare, visa obliuio iniuriarum ac maleficiorum fando san-

citur. Aedes Comitís sumptu publico Gandauenfiú restitui iussit. Ab armis vtrinq; in presens discessum. Comes Gandauum se confert: in speciem reuerentissime excipitur. Ad concionem in Forú vocat. Cõueniunt frequetes: ingenti assensu auditur, longa oratione differens, qua lenitate Principes esse erga populares cõueniat: qua in illos hi pietate obseruantiaq; agere debeant. Petebat vti factionum insignia deponerentur. Id Albatí aspernatí sunt. Indignú Comiti visum, bellí nomen tolli: insignia, irritametaq; remanere. Nobiles ei studebant. Oliuerius Rogerii Prætoris ab Albatí interempti consobrinus, vir amplissima familia ortus, globo clientium stipatus, memor iniuriæ: quadraginta naues, quæ commeatus non paruum vim Gandauum flumine subuehebant, intercipit. Paulatim bellum inter nobilitatem Albatosq; excitatur. Melius, feliciusq; in Francia res gestæ. Semina malorum in ipso exortu extincta: & licentia, contumaciaq; coercita. Frater Regis, Dux Andiu grauissime vindicauit seditionem ad Montem Pessulanum motam. Pessulani occiderant vectigalium Regionum exactores. Sceleris authoribus gulam fregit. Ceteram multitudinem supplicem ac ad pedes procubentem, vita donata, ere multauit. Occitanos prouinciam Rex fratri Biturigum Duci primum dedit, deinde iussu eo, quod male audiret, inde descendere: eam Comiti Flussati attribuit, quem sciebat ab ea gente expeti. Rex Carolus Quintus decessit anno eius seculi octogesimo. Tres reliquit liberos, Carolum, Ludouicum, Caterinam. Carolus tertiumdecimum ætatis annum ingressus erat. Proceres Regni optimatesq; Lutetiam conuenere. Dux Andiu Rector Franciæ, Borbonius Audaxq; testamento Quinti Regis tutores instituti fuerat. Authoritate sanctorum sumorumq; viroꝝ effectum est, ut primo quoque tempore Carolus Sextus, Rex sacra rebus coronareturq; in eius verba iuraret: res militares ciuilesq; eius nomine administrarent: eius signo literarum diplomatumq; fides constaret: Audax patruus, ac Borbonius auunculus pupillos educandos curaret, instituendosq; iis artibus, quibus futuri optimi Principes, Regesq; erudiri solent. Dux Andiu patruorum maximus natus, Rector Franciæ diceret: maxima quoque de re ad sancti procerum consilium referret: ipseque sententias rogaret. Hac ratione & sua Ducibus dignitas seruari: & forma Regni consilio optimatum temperati, institui visa. Oliuerius Clissonus genere Britannus Magister equitum ab Rege de consilii sententia dictus, Remis coronationis

die cū sacris magna (vt assolet) cerimonia factis, ad epulū in eedes Archiepiscopi peruētum esset, summūq; locum Rex lotus cepisset: contentio de proximo assidendi iure nata: q; Dux Andium, idem & Rector Franciæ, & patruorum Regis maximus natu: cum honore nominis: tum ætatis ueneratione anteiret. Audax se Ducem Burgū diæ, atq; ea re Principem Parium Franciæ, secundas ab Rege partes dignationis obtinere se equū esse contendebat. Frequentes proceres aderant, de eorum sententiā Rex decreuit, vti cū is dies, is locus, id epulum festū celebreq; religione, maiestateq; coronationis esset: qua in re præcipua Parium munia forent: Burgundiæ Duci Parium nemo in præsentia anteferretur. Sed iam lateri sinistro Regis, Dux Andium iūctus assederat: Audax profiliens, mediū se inter Regem Rectorēq; velut interseruit, inculcauitq;: vnde illi Audaci cognomē inditum sunt qui ferunt. Ceterū in acie vt ostendi, & rebus bellicis, ac defenso, quoad per fortunā licuit, patre: id partum magnificentiū sit, q̄ rixa fraterna, mensq; iurgio. Lutetiam regresso Rege: primū omniū de rebus Britannicis actum fuit. Angli (vt ostēdimus) Franciam emensū Britannia intrauerant. Nanetes oppugnabāt, defendente nobilitate Francica: quæ in præsidio vrbis erat. Abire infecta re coacti sunt, q; eruptione facta, Franci quosdā nobilissimos illorū occiderant: spemq; ademerant vrbē expugnari posse. Ducem Britannū ab Anglis ex professo stantem populares orarant: vt se fidei Franci Regis cōmitteret: se in Francos nō pugnatos: ac si ipse in eos arma caperet, ab illo defecturos. Veneti p̄cibus Ducis p̄moti Anglos mœnib; receperāt: sed in eā cōditionē prius iureiurādo adactos, sine maleficio se & vrbē eā ingressuros, ac quoddecimo q̄ illis denūciatū a ciuibus esset, sine fraude decessuros, copiasq; oēs deducturos: Francū enī Regē respiciebāt. Dux tot necessitatibus impulsus, pacē p̄ oratores a Frāco Rege petiit, de p̄cāteq; Rectore ipetrauit vt in fidē reciperet: eosdē hostes amicosq;, quos Frāci, habitur;: cautūq; vt Angli illesi dimitterent. Incolumes mari domū trāsmisere. Nouo iureiurādo fidelitatis Britānus se deuixit. Peruinci (vt edo cui) nulla vi potuit, vt de Clemēte, idē qd̄ Frāci, sentiret, q; fide hūana se Frācis obligari testaret: religione animi soli Nutnini addictū. Rector tot; Clemētis erat: & Clemēs se Regē eū effecturū pollicitabat. Siculū Regnū, qd̄ iuris sacrosactę potestatis eēt, illi vltro offere

bat:quādo Vrbanus Vngaros in Italiā euocabat,incūbens in per-
niciē Ioannē Siculę Reginę:qua sollicitatrice exortū schisma coar-
guebat,q̄ ad se Fūdos clam euocasset Purpuratos patres:eorumq̄
cōsilia & conatus cōfirmasset:opem suā viresq̄ Siculi Regni pollici-
ta. Hęc mulier(vt ostēdimus)obnoxia crimini necati mariti Re-
gis,iram vindicū Vngarorū,impetumq̄ fugiens in Comitātū Pro-
uincię suę Phocēsis mari se cōtulerat.Auenionem urbem suę ditio-
nis Clementi sexto Pontifici Maximo addixerat,nomine eius pecu-
nię,quę ingēs a Siculis Regib⁹ debebatur:aliquot annis vectigali
nō penso,qđ dari cōuenerat.Ita Auenio Pontificū facta est,& Ioan-
na a Pontifice Regina dicta. Ex Gallia Comitatuq̄ in Italiam Re-
gnūq̄ redierat,variis casibus & cōpluribus cōnubiis nobilis. Quo
anno Sapiēs Rex Frācus i Gallia obiit:Ludouicus Vngarus Rex,
exercitū in Italiā aduersus Venetos misit, Duce Carolo arētissima
sibi cognatione cōiuncto,quiq̄ oriūdu a Carolo Claudio Mariaq̄
Vngara Regibus esset.Vrbanus Vngaro psuasit,vt omisso Vene-
to bello,memor Andreę fratris scelere Ioannē necati,Carolū mitte-
ret ad gētile Regnū Siculū armis repetendū:ac a muliebri fœdoq̄
dominatu vēdicandū.Contra, Clemēs ne Regina sui studiosissima
euerteret:author fuit vt illa Regina Ludouicū Rectorē Francię in
spem Regni filiū adoptaret.Pulchrius Ducī cupido iperiū, videbat
Regē q̄ Rectorē dici.Ingētes copię in Italiā parādę:q̄ hostes habi-
turus erat Vrbanū Vngarūq̄:longinquo & ambigū aleę bello in-
gēti & exercitū & pecunię vi opus erat.Ceteri Frāci Duces nō mo-
leste ferebāt,specie honoris nouiq̄ Regni parādī,pcul ablegari An-
dium Ducē:Rectorisq̄ nomē graue & inuidiosum procul amoue-
ri.Placet ope iuuari summū virū, Clemētisq̄ causam. Duodeuicies
centū millia nūmum aureorū Quintus Rex moriēs reliquisse dice-
bat:nec parui refert,quę fama diuitiarū apud socios,hostesq̄ incre-
brescat.Ad nouū in Italiā exercitū parandū non ambiguo rumore,
sed vero auro erat opus:īdq̄ vbicūq̄ abditum foret,eruendū. Car-
dinalis Ambianensis multum Rege Quinto potuerat:author fuis-
se grauiū tributorum, ac ea ex re ipse creuisse infimulabatur:& ab
illo Carolus Sextus,se viuo patre,non satis officiose,ac pro maiesta-
te obseruatum habitumve arbitratus,vbi Regnare cœpit,Sauoso
Gazę custodi,nunc ab hoc(inquit)Ambiano sacerdote liberi age

mus. Id dictum ubi iactari accipiq; Ambianensis audiuit: Auenionem ad Clementem sese subripuit. Sed mox & Sauosus thesauro cedere Rectori coactus: nec iccirco stipendia veteri militi persoluebantur: nouusq; conscribatur: agrestes vexabantur: nec urbana plebs conquieuit. Lutetie audacissimus quisq; coit: domoq; extra ctum Praetorem mercatorum circumsistunt: iubentq; magno plebis comitatu Rectorem adeat, agatq; de tributis abrogandis. Superuenientibus nonnullis optimatibus aulicisq;, ac vt intermisso spatio impetus repentinus vesane turbę sponte laquesceret, fando permulcentibus suadetibusq;, vt concio in posterum differretur die: quidam sutor veteramentarius ait, necessariis rebus exui plebem, vt pauci magnifice excolantur: eundem ad Ducem: deplorandas tenuiorum calamitates. Itum igitur ad Rectorem pceresq;: habita oratio de miseris plebis: ea nomine vectigalium, nomine subsidii pecunia ferendi, ac collationibus aliis sup alias ad extremam inopiam redactam, Rege Carolo Quinto demississime orasse, vt oneribus, quae ultra ferri non possent, leuaretur. Illum omnia benigne pollicitum: Eo defuncto filius adolescentulus Rex, fidem sapientissimi patris indulgentissimiq; praestaret: ac memoriam cineresq; ei, fraude noxaq; liberaret. Dormanus iuris Praefectus, respondit nihil noui exempli consternatione opus esse: crastino die certius illis responsum datum iri. Nox interiecta curam nihil remittit. Postridie iussu Regis, Ioanes Maresius vir facundia clarus: q in iudiciis causis orandis aduocari solebat: cum rursus freques plebs in concione vocaret, verba fecit: bella necessario gesta subsidio rei nummarie indignuisse, puidetia Regum, fide popularium salutem dignitateq; Regnorum constare: temporibus parandum fuisse: ac Carolo Quinto Rege ingentem alendum exercitum: quo communis salus in tuto foret: ne Francia praedae exposita hostibus pateret: nunc quoq; sine milite stare res non posse: precibus tamen & voluntati suorum, Regem tributa remittere: domum quisq; ad coniuges liberosq; redirent, pleni bona spe: nouo enim Rege, nouas leges, nouaq; gaudia fore. Ea mente perditissimi quisq; conuerterant: ne, blanda oratione permulsi, manibus temperarent. Iudeorum domos adorti, foribus effractis omnia miscent, praedantur: maritos, uxores, liberos abstrahunt. Id odio superstitionis peruicacis factum defendi poterat: sed & in mensarios, publicanosq; impetu facto, res, aurum, argentum, diripiunt: libros rationum nominumq; ac syngraphas discerpunt. Aegre

edicto Regis factum est, ut Iudeorum patres familias, matroneque dimitterentur: uisq; parui liberi restituerentur. Exemplum licetie totam Franciam peruaserat. Oes vrbes tributa collationesq; pecunie detrectabant. Ocitani Comitem Fluffatē Prætorē habebāt: eiusq; moderatissimo imperio regimineq; læti, missum ad se iterum Prætorē Ioannē Biturigū Ducē aspernabatur: eū nō cupiditate glorie incēsum eā prouinciā ab Rege puero, ut sibi redderetur, extorfisse: sed ut id qd & Rege fratre, anteq̃ ea prouincia submoueret, fecerat: multo plus auri ex Ocitanis locupletissima regione sibi spoliis miserorum cogeret, q̃ ex Pictonibus, Santonibusq; quos utēdos fruendosq; a fratre Rege acceptos, omni genere extorquendę pecunie exhauriret. Armeniacus adueniente Ioanne Duce, in armis se ostēdit: leuiq; proelio aliquot cohortes eius fudit fugauitq;: deinde abiecto belli cōsilio, author etiā Ocitanis fuit, ut patrum Regis Prætorē cōsensu acciperet, eiq; pareret: obsequētia potius q̃ cōtumacia & cōtratendēdo, animū eius sibi cōciliaturos, ut gētī imperiū suū salutare uelit esse: uinci paruo proelio potuisse, bello non posse. Dux & Comitē & gentē tradētes se in fidē accepit. Hūc Ducē mire coluisse uirtutes, fouisse ingenia ferūt: & crimen cupiditatis, liberalitate, munificētiaq; aut diluisse, aut obscurasse: uerecūdiāq; datos illi Ocitanos, & id Aquitanie qd Frācis pareret Prouinciā, q̃ cū Dux Andiu Rector Frācie, Borbonius, Audaxq; tutores Regis, testamēto Quiti Regis, ac iudicio p̃cerū, haberetur: solus ipse ex Ducibus inhonoratus p̃teriretur: qui Audacē etate, Borboniū propinquitate, ac gradu Regie cognationis, antēret. Dux Rector res Italicās cogitatione, cōsiliis, spe, cōplectebatur: Clemēs incitabat: nihil ei denegabat: sacras decimas ei in sumptū belli exigēdas dederat, magna sacerdotū indignatione: multis passim expostulationibus, appellationibus, prouocationibus, testationibusq;: sed decumano auro infelici. Eo p̃terea mouebatur homines, q̃ cū Clemens sex & triginta suę factionis Cardinales haberet: eorū cupiditati p̃pe sola Frācia p̃posita erat: q̃ reliquus terrarū orbis lōge maxima ex parte Urbanū unicum Pontificē maximū agnosceret. Purpurati uero Clementem secuti, sacris Frācie beneficiis, ut queq; opulētissima erāt, ita maxime spe, conatu, expectationū, reservationū muneribus imminēbāt: nullo sanctitati honore habito: literarū Musęiq; Parisiensis nullo respectu, Ioannes Gesoriacus. theolo

gus,causam scholasticí sacerdotí libera oratione apud Regē egit: in exactas decimas,in mores,i tēpora,inuectus,re verba sentētiasq; supeditate:magno pposito argumēto,lato dicēdi cāpo. Qua re of fensus Rector,q; ea Italicí bellí consiliis aduersa erat: noctu hominē ex Musęo raptū i custodiā coniecit.Orta luce schola vniuersa affuit. Redditus Gessoriacus ad Urbanū i Urbē se cōtulit: a quo benigne exceptus,ac liberaliter cultus. Rectorē quoq; scholasticorū Rector Dux cōprehēdi iusserat,q; ab Urbano literas breues accepisset,ac i vniuersę scholę cōtū recitasset. Fuga piculū vitauit. Quare aliquot millia liberaliū disciplinarū studiosi: Lutetia alii alio dilapsi sūt. Sed causa Clemētis expugnari nō poterat hac studioꝝ cōtētione.Maius pondus erat in Regū ab Urbano stātiū maiestate. Oratores Regū sub vnū idēq; tēpus,vt annales Frācici tradūt,ex diuersissimis regio nibus affuere,Castulonēsiū,Vngarorūq;. Cōmemorabāt Reges suos pcerū populariūq; ac sacerdotū,& vniuersę gētis cōuētū habito causā Urbani sanctā iudicasse: petebāt vti Frācia cū reliq; Regnis sentiret:schisma tollerēt. Nefas eē pios Reges cū schismatis studio sis,aut fœdus iūgere,aut iūctū seruare. Respōdit Dux Clemētis cupidiſſimus,iſm quoq; Frācū Regē Sapiētē Carolū Quintū,cōuentū suorū habuisse:de eorū sentētia statuisse,Urbani minis terroreꝝ Romanorū delectū. Fundana vero comitia,vbi liberis suffragiis cre atus sit Clemēs,sanctiora Romanis videri.Filiū Regē patris Sapiē tis vestigiis insistere.Hoc in cōmune respōsum:Castulonensi pprie velut exprobratū est,q; cū beneficio Francoꝝ regnaret,sua a Frācis cōsilia separaret.Vngaro dictū,vetustissimū fœdus iter Frācos Vn garosq; intercedere:nō utilitatis causa,tāto terrarū spatio interuallo q; dirēptos: sed cognationis nobilitatisq; gratia.Sed Carolus Dux exercitus Vngarici,a Ludouico Rege Vngaro in Venetos missus, ac in Ioannā Reginā ab Urbano euocatus,pace cū Venetis cōposi ta:iā in Erruriā puenerat:& Arretiū intestina seditiōe laborātes fa cile occuparat.Romę ab Urbano Regiis insignibus decorat:anno eius seculi primo & octogesimo.Ioanna omnē salutis spem in Duce Andriū reposuerat.Nupserat postremū Othoni Duci Brunsvigenſi. Is cōtra studiū illius Urbano cupiebat:in bello tñ fidē vxori aduer sus Vngarū p̄stabat.Mira visa Vngari fœlicitas:vrbes adueniēti ei victoriā acclamātes,deditiōnē faciebāt,Neapolin receptus,Ioannā

in Arcem nouā inclusam, obsedit. Otho urbem, obsessoremq; vxoris
obsidet. Erūpente Vngaro, ac proelio cōmissio egregie pugnavit: tā
dem ruente saucio equo cōprehēditur, & Ioanna amissa iam omni
spe, deditōnem fecit. In custodiā cōiecta est. Dedita Ioanna, & ca
ptus Otho multū dignitatis addidit causę Urbani: vt Numen ipm
stare ab eo: oppugnare, damnareq; cōsilia Clemētis videretur. Non
demisit tñ animos Rector Frācus, quin Sicilię Regnum appetere
perseueraret. Anno eius seculi altero & octogesimo in Italiā profi
cisci magno belli apparatu cōstituit: sperans multitudinis animos
a superiore cōtentione resedisse: nomine Regis rerū venalium vice
simā indixit. Parisii, Ambiani, Rotomagenses in primis id detrecta
rūt. cęterę vrbes exemplum harū secutę sunt. Conatur nihilo secius
Rector alia ratione pecuniā cōficere, per Ioannem Maresum ac
Petrū Riparium, alterū disertissimū, alterū amplissima Lutetię co
gnatione, vt nō tributū appellatiōe, nō vectigalis, inopiā Fisci iuua
rēt, subleuarētq; opem rei pecuniarię subsidiū specie, nomineq; mi
nus inuidioso, quo Sapiens Rex, vsuffuerat, ferrēt. Hominum quīs
populariū, oratio nequaq; popularis visa: nō fallebat multitudinem
bellū immensi sumptus, & longinquum, & nō necessarium suscipi:
sed semel cōscripto exercitu, palam factis cōsiliis, turpe erat cū exter
nis ferocissimisq; hostibus pugnaturū tanto ante a suis inermibus,
a plebe domestica vinci. Stat sentētia, es in vrbe Regia cogere. Cū
Rex Meldis abesset, a viris initium factum non est. In olitorio foro
a quadā Petronilla Maurella nasturtium venum exponente coactor
Regis obolum postulabat: cū iam cōuitio flagitaret exigeretq; mu
lier fidem viroꝝ implorat. Ad quiritantis mulierculę vociferatiōne
concurso facto: exactor a turba oppressus, obtritusq; est. Inermis
plebs ad edes publicas impetu fertur. Deiectis foribus arma, telaq;
(in quibus plumbei mallei erant, qui fabricati fuerant vt ad Magi
strum equitū mitterentur: vt eo etiam telo militem armaret) corri
piūt. Exactores, redemptoresq; quoscūq; urbem peruagati adipisci
poterāt, plumbeis malleis conficiebant: quędam etiam in diuī Iaco
bi ad Lanios ede mactant, simulacrum virginis amplexātem. Viis,
vicisq; catenas pꝛetendunt. Carcerem Regiū iuris inuadunt: custo
dias emittunt: vinctos soluunt. Pontifex Regię vrbis & optimates
Lutetia procul a vesania faceffunt, Plebs Pontificię coercitiōnis car

cerem irrumpit: ea ex custodia in primis rapiunt Ambrotum: eumque sibi ducem præficiunt: ac iubent Sequanæ ac Matronæ confluente occupare: ne Regii ea parte Lutetiam, id quod antea fecerant, frenarent. Ambrotus magni in aula nominis, creatusque Regiæ urbis Prætor fuerat: magnifica opera faciendâ curarat: egregios muros ad diui Antonii portam perduxit: pontem sublicium ad Michaelis: simul via fornicata & ponticulum, & castellum, quod paruum dicunt, extruxit. Sexto Rege adolescentulo, reus factus est, quod de Numine parum pie sentiret: quod Hebræarum puellarum consuetudine teneretur. Quæstione habita, Pontifex Parisiensis impietatis damnatum in perpetuam custodiam tradiderat: unde nunc seditione Parisiensi exemptus, ac insperatæ salutis redditus: omnia plebi pollicitus, cum domum deductus esset, postridie rediri ad se: ac res geri iussit: gnarusque quantam pestem furor populi ducibus suis afferat: noctu profugit. Plebs vero Rotomagensis commota, quendam nomine Crassum selle curuli impositum per urbem circumferunt. Regem per licentiam salutant: iubent eum pro potestate, proposito edicto vectigalium ius abrogare: subsidiorum nomen tollere: in arcem urbis præsidio Regio infestam, vim facere conati, reiciuntur. Parisiensis multitudo Ambroti fuga comperta, Maresii authoritati se dedidere, ut malis mederetur. Is, ac quicquid optimatum in urbe Regia reliquum erat, qui nihil ipsi mouerant: Regem adire habitu reorum, cum lachrymis, miserabili oratione strati ad pedes orarunt, obsecrunt: ut veniam vel errore lapsis, vel furore impulsis daret. Spes veniæ ostentata, ea lege, ut multa sexaginta millium aureorum ceteris irrogata, authores seditionis, utque qui custodias inuasissent, capite luerent. Maresius Lutetiam renunciâs legationem, cætera multitudini exposuit, de fontibus puniendis clam habebat: noctu corripit singuli cœpere, ac Sequana demergi. Plebs rursus, dum sibi quisque timet, concitatur: supplicia intermissa: pecunia tamen exacta. Rector aduerso rumore Auenionem ad Clementem profectus, ab eo coronatur: ac Siciliæ, Hierosolymorumque Rex salutatur. Prouinciâ Phocensem, quod ea in ditione Ioannæ fuisset, hortatus ut sibi ab Ioanna in spem successionis ascito se dederent, imperium detrectantes, metu, vi, malo, domuit. Ad triginta millia equitum, numerus pedum incertus est, in Italiam traduxit. In Urbanum ducere noluit: ne

vniuersam Italiam ex professo hostem haberet. In Picenum flexit, ac protinus per Marsos Regni fines ingressus, sperabat hostes potestatem pugne facturos: ac se tanto exercitus robore facile, breuique, victoria potiturum. Contra, Carolus hostis, quo maioribus copiis venisset Ludouicus, eo citius ad inopiam omnium rerum deuenturum ratus: si contra atque ille petat, res cunctando gerat, moramque temporis, ac tedium feroci hosti obiciat. Interea Ioanna in custodia Vngarorum vi iniecto faucibus puluillo, anima interclusa decessit: nec lupererat mater, pro cuius salute pugnaret Ludouicus: que bellandi gloria, ac pietatis quesita laus, plurimum dignitatis ei addiderat. Reliquum erat ut pro imperio suo sibi pugnaret: misit ad Carolum uti cederet Regno sibi ab Regina Ioanna dono dato: pareret decreto Clementis: ab eo enim se Regem Siciliae creatum. Respondit Carolus, ius non fuisse Ioannae, spe Regni fraudare reliquam sobolem Caroli primi Siciliae Regis, a quo ipse sit oriundus: nec penes Clementem esse arbitrium dandi adimendive Regni: eum non esse verum Pontificem, sed Pontificis hostem. Dum trahitur tempus, in Apulia, morbo an veneno (vtrumque traditur) decessit Ludouicus. Corpus proceres exercitus in Franciam retulere, nullam ex aduerso vim, nullas insidias experti, maiestate nominis Francici tuti. Vulgus militum dissipati, nemine vno Duce, ac prope singuli domum & ipsi incolumes reuerrere. Decem equitum millia, cum ut auxilio essent, Alpes transgressa in Etruriam peruenissent, Arretiumque opera exulum cepissent, comperta morte eius cuius gratia in armis erant, Arretio Florentinis cessere, quadraginta millibus aureorum pacti, Arcem Caroli miles Vngarus obtinebat: & is duodeviginti millibus aureorum acceptis, ea cessit. Is finis tumultus gallici fuit. Ludouicus duos reliquit filios, Ludouicum Carolumque. Vngarus quatuor annos in Italia Regnavit. Ludouicus Vngarie Rex cum maiorem filiam Mariam in spem Regni Sigismundo Cesaris filio despodisset, decessit. Elisabetha Regina iustes, iudicium viri secuta, ut gener adolescens Regnaret, elaborabat. Per bona pars militarium procerum viro etateque rebus administrandis mature ut pareret, Carolum rerum recentis gloria bello Italico gestarum splendentem accersunt, vno iam Regno virtute parto, non asperandum visum: alterum vltro oblatum. Neapoli reliquit Margaritam uxorem ac duos paruos liberos Ladislaum ac Ioannam cum fide

amicis, ipse in Vngariã pfectus, coronatur. Elisabeta muliebrẽ dolo rem simulatione fraudeq; atroci armat: illum vt ceteri adorat: viduitatis suæ solatium vocat. Sed parato domi percussore, cum ad eam ille se contulisset de magnis rebus acturus, in sinu prope suo occidendum curauit, Sigismundus ab Vngaris, Ladislaus Neapoli, Reges agnoscuntur. Interea in Flandria bellum gerebatur, Carolo Sapiente Rege ortum. Oliuerius (vt ostendimus) Rogerii Prætoris a Gandauensibus occisi consobrinus, quadraginta naues, quæ commeatu onustæ Gandauum petebant, interceptit. Id authore Comite factum Ioannes Prunellus, vnus e Gandauensium tribunis ratus, cum Comes Insulæ ageret, Aldenardam magnam Albatorum manum duxit: repentinoq; aduentu urbem eam, patentibus, vt in nullo metu, portis ingressus: duas portas, & quod muri inter eas Gandauum spectat, diruit: fossasq; explet: ac in fœdanda ruinis vrbe duodetrigesimum iam diem versabatur. Id vbi accepit Comes: misit Gandauum qui id arguerent, ostenderentq; factum contra pacis: authore Audace compositæ, placita. Responderunt iniussu suo id actum: neq; ea de re Ioannem ad plebem tulisse: nullum scitum factum: in eo maxime hærebant, refellebanturq; q; iam mensẽ Aldenardæ Prunellus cum Albatibus demoliedo ageret: ipsi eum edicto a cœptis non reuocarent. Tantum pari crimine Comitem insinuabant, q; Oliuerii de se latrocinium non persequeretur, tantam prædam quadragintaq; naues auersurum: bellumq; sibi denunciare, nisi gnaro Comite ausurum nõ fuisse: neq; dissimulare Comitem illud factũ velle, qui de fontibus pœnas nullas sumat. Cum persequeretur ille Oliuerii audaciam: tunc demum æquum fore, vt ab eis Ioannes reuocaretur, pœnasq; daret. Superbũ Comiti videri poterat tam ex equo secum a suis popularibus agi: molestia deuorata, vt Aldenarda reciperetur. Sepenumero mutuís apud cæteros maleficiis impunitas data: ac sceleribus scelera cõdonata, vt mœoria iniuriarũ tolleretur: tunc exiliũ aduersariorũ exilio charissimorũ quaesitũ. Hinc Oliuerius, illinc Ioannes solũ verterunt: graui edicto, siqs de restituendis ferret, ageretve. Aldenardã receptã Comes restituit, firmavitq; p̄sidio. Cũq; Ioãnes in Brabantia sibi exiliũ cõsciuisset, ab eius gētis Duce, socio, amicoq; ac cognato ipetrauit, vt sibi liceret illũ phedere, ac vincitũ Insulã ducere: vbi ceruice cesa, rotæ insertus est.

S

eademq; ratione & Brugis & cæteris in oppidis, quicumq; consilia cum Albatīs confociarant, horum alii alio tēpore ad supplicia a Comite tradebantur: tam acri præteritorum recordatione, vt Gandauenses, qui duces turbandarū rerum fuerant, merito terrerentur: ne in potestatem illius venirent. Nullam fidā pacem, nullum sanctū fœdus, nullam certā spem, sibi a Comite proponi posse. Antea tenuiores a locupletissimis plebeiorum dissenserāt: tunc in cōmunī metu, vnū idemq; oēs sentire, conspirare, in mediū pro se pro facultatibus quisq; conferre: quicquid opis, operę, consilii, industrię, solertię, virium, dignitatis, rei, haberet: patriam, libertatē, vitam suā, suorū tegere. Ludibria, supplicia, cruciatus, superbiam, indignitatē, vt vitaret, effugerēt, in authores auerterēt alii alios hortabant. Nobilium domos quos a Comite stare cōstabat solo adęquare, bona diripe. Specie reipublicę instituūt: in classes, in cēturias, in decurias distribuuntur. Tribunos q; præsent, habent & ciuiliū & militariū artiū peritos. Norat vnusquisq; qbus, quotq; imperaret: cui pareret. Nemo erat expers muneris: nulla vacatio. Bellum illud septē annos tenuit. Plus ducenta millia virorū absumpsit: salutē popularibus, dignitatē Comite tutate. Hyprę Albatę factionis erāt. Haud dubiū erat eas obsessurū Comitē. Gandauēses tria millia suorū illis subsidio misere: simul ipsi nouem millibus armatorū profecti Curtracum, atq; inde Roleriū petiere, vt Comitē cū viginti millibus pugnatorū Hypras tendentē abs tergo adorirent: eodēq; tpe Hyprēses cū præsidio vrbe egressi, alia parte premerēt: vt vndiq; circūuentū male multaret. Consiliū in eos vertit: explorata re Comes aduenientes Hyprenses positis insidiis, excepit: ad duo millia & quadringētos occidit: fugā effuse fecit: ac tantū terroris vtriq; hosti iniicit, vt & Hyprę & Curtracū deditiōnē fecerint. Comes Hypris de septingētis suppliciu: a Curtracēsis ducētos obsides sumpsit. Nec multo post, lōge maximis copiis Gādauū obsedit: sed nō ita circūuenire, p̄mereve potuit, quin duę semp vrbis portę apertis foribus agerēt, ac auxilia reciperent: præcipue a Brucellēsis, Eburonibusq; missa. Tantū animorū Gādauēsis fuit, vt ad eorū moenia Comite hoste sub signis stāte, excidiūq; minitāte: cū parte Albatōrū altera portarū, q̄ nō obsidebatur, egressi, Tenerēmundā petierit, eāq; expugnauerint: resq; ita gesserint: vt eorū audacia p̄mot⁹ hostis vltro soluerit obsidionē. Aliquā

to post cladē acceperūt: cū duo tribunī copias diuersi ducerēt: ac alter eorū Comes adort⁹ eēt, ea natura loci, vt itercedēte palude alter opē sociis ferre nō posset: sex circiter millia desiderata, partim i acie cēsi, partim, cū in proximū fanū cōfugissent, incensi. Multitudo tribunorū visa est officere reb⁹ bello gerēdis: summū imperiū vni mā datum: Philippū Arteuillam Ducem bello gerēdo, pacīve iungēdæ creauere: filiū Iacobi, quē Philippo Catholico Rege, occisū a suis popularibus ostēdimus. Nomen die lustrico ei iposuerat Philippa Anglorū Regina. Is primū oīni de cōpositione paceq; cū Comite faciēda, egit: adiutoribus deprecatoribusq; Pōtifice Eburonū, Duceq; Brabantiaē, ac Alberto Annone Comite. Tornaci cōuētus habitus. Philippus oīm rerū ius arbitriūq; ppterq; vitę mortisq;, Comiti pmitterebat: exilio, fortunisq;, quos vellet, multaret: Cruori miserorum supplicumq; parceret. Non audiebat: petebat sine exceptione omnia sibi permitti: maiores quidecim annis viri: mulieres cū singulis vestimentis vrbe exiret: resti ceruice inserta procuberent supplices: tūc demum cōstituturū se. Hac renūciata legatione Philippus vocata ad concionē multitudīne, cū cętera exposuisset: Res, inq;, nostræ eo statu sunt, vt a fortuna triū rerū electio pponat: sacra ne cōfessione purificati, sacrosanctoq; viatico sumpto, tēplis vltro inclusi, qñ iam cōmeatu deficiamus, mortē oppetamus, nostri memoriā illustrem relicaturi, veluti martyrio defuncti, ac in causa vindictaq; libertatis nulla re equa impetrata: an illaqtos nos quis irato, homini tñ, & nō ferre: nec oēs vtiq;, nec vna vniuersorū ceruice necaturo, tradamus: an armis ipsum Comitē adoriamur, nihil minus q̄ nunc vim nostram metuentem, ac Brugis sedentem. Quodcūq; vel minimū malorum, vel optimū factu censueritis, in id exequendū me Ducem profiteor: nam & pro iustitia ante aras emori: & caput meum p patria securi subiicere: & vertere periculum in suum Authorē paratus sum. Vbi finem dicēdi fecit: vndiq; succlamatū est, eū dedisse optionē: idē eligeret. Tūc, lego (inquit) qđ virorū est, aut ferro vincamus, aut cum gloria virtuteq; cadamus: miserebitur nostri Numē, qui a mortalibus destituimur deserimurq;. Quinq; millia Albatorū delecta ex oī numero sunt: iter ingrediunt, psequentibus, nō procul tamē ab vrbe, qui remāsurī erant: Deumq; Opti. Maxi. precātibus vt eorū virtutī felicem exitum daret: In vestra erga patriā charitate, dextraq;

S.ii.

fita est nostra reliquorū salus. Si vincitis, vitam lucemq; nobis red-
dideritis. Sin quid secus, urbem publice, nosq; in ea incēdemus: idē
noster ac vniuersæ ciuitatis rogas. Ita a parentibus, coniugibus, cō-
militonibusq; cum lachrymis votisq; dimissi, Brugas contendunt.
Exin duplex fama est. Satis constat duce Philippo, ac non magno
exercitu captas Brugas: sed alii tradunt repentino aduentu paten-
tes portas ingressos Gandauenses: cum oppidani festo sanctoq; die
sacris dediti essent. Alii scribunt improspectam rem non fuisse. Co-
mitem cognita profectioe, paucitateq; hostium, per contemptum
etiam alieno loco prælium cōmisisse: victum intra mœnia refugisse
Albatos victores fugientiū tergo instantes, oppido potitos. Philip-
pum imperasse, vt Comes perquireretur, illæsusq; ac sine dedecore
seruaretur: eo consilio, vt honorificentissime habitum, Gandauū du-
ceret: vitam, veniam, pacē, tolerabiles parendi leges exoraret. Apud
inopem magnoq; natu mulierem cum latitasset, anteq̄ omnes ex op-
pido exitus intercluderētur, viam fugę celeritate expediuit: se Insu-
lam contulit. Philippus quicquid alienigenarum hominū Brugis de-
gebat, violari vetuit: ne Regum, Ducumq; ac exterarum gentium
in se odia concitaret. De aduersę factionis Hyprésibus ingens par-
ta præda: & Comit̄s Gaza in potestatem venit: nec segniter vsus
victoria Philippus, Dāmum, Clusam, misit, Hypras, Calletū, Ber-
gas, Borburgū, Furnas, Properingas, Curtracum recepit. Aldenar-
dam imperata facere abnuentem obsedit. Ad centum millia bellato-
rum in armis habuisse eum tunc ferunt, q; pro cōmuni salute, pro li-
bertate omniū res gerere se prædicabat, aduersum tyrannidem, su-
perbumq; ac immodicū & intolerabile Comit̄s imperium. Ipse dux
egregius hætenus videri potuit. Albatorū aliquot turmæ cohortesq;
excursiones ad mœnia vsq; Insulę fecere: ac cupiditate prædæ
studioq; belladi in Tornacensiū & Franci Regis fines, ferrū ignesq;
intulere. Ea demum indignitas Francos irritauit, perpulitq; vt de iu-
uādo Comite cogitarēt. Sapiens Rex nō molesto aīo tulerat, nescio
an minus bono consilio & exēplo in Francū Regē versuro, eū a po-
pularibus vexari, cōpertū habens illū q̄q; affinitate cū Audace iun-
cta Anglicarū tñ partium esse. Nunc Comes re necessaria adactus,
opem fidēq; Sexti Regis implorabat: se beneficiariū Francorū te-
statur: Flādrīam Franciæ beneficiū: summū imperiū in Flandros,

penes Regē: eius iuris munerisq; esse, furentes ad sanitatē reuocare officioq; decedentes coercere: bello contumaciā licentiāq; persequi. Eius preces Audax gener iuuit. Auxilia Comiti vtcūq; merito pmissa. Rex sacram Flāmulam ex diuī Dionysii æde a Fani antistite summa religioē acceptā Petro Villario tradidit. Simul martyrum corpora ex inferiore sacrario deprōpta, & supra editiorem arā triplici ferro reposita. In Atrebatē copię ductę. Lizę fluminis pōtes Flandri ceteros perfregerant: vnū omnino ad Cominas (id ppinquū oppidī nomen est) asseruabant. Præmisit Rex Magistrū equitū ad eū occupandū, hostes ex citeriore rīpa, ppioresq; pontis capite virtute reiecti, pontē interseciderunt, ne Regiū transirent. Magister equitum telis tormentisq; incessens, in se versos hostes tenuit, quasi de transitu reficiendoq; dispositis operis ponte decertans: sed eo consilio, vt interea delecti milites procul a cōspectu nauibus traducti, nihil tale expectantes Albatos ab tergo adorirētur: nec id vanum euasit. Circūuenti cęsiq;, ac ponte resecto exercitus traductus. Ad tria millia hostium cęsa, quibus custodia pontis credita a Philippo fuerat. Philippus allato aduentu Regis, relictis, quod satis copiarū videretur, ad continuandam Aldernadæ obsidionem, cum sexaginta milibus pugnatorū Francis ad Rosēbecam occurrit, ibi concursum. Miraculo fuit q; cum caligo densa lucem obscuraret, longinquumq; prospectum adimeret: vbi Villarius Flammulam explicare cępit, mira serenitas reddita omnia circa proculq; patefecit: ac vterq; exercitus alterum oculis metiebatur. Flandri generatim constiterant, sub suę quisq; ciuitatis signis: vt inter se notī cognationeq; ac necessitudine iuncti, se atq; charissima pignora tegerent: mutua exhortatione incensi, domesticos testes, quod maximum incitamentum foret, suę quisq; virtutis habituri. Nec singuli modo, sed & populi inter se ardore defendendæ communis salutis, æmulationeq; certabant. Præceptum in primis eis a Philippo fuerat, vti densis ordinibus, iunctiq; decertarent: disiungi alios ab aliis dissipariq; se non paterētur: instarent hosti: mori q̄ cedere mallent: meminerint Ioannem Regē in Pictonibus a paucis Anglorum millibus captum. Capiendis hostibus tempus non consumerent: non se illigarent. Regem vnū, si fortuna ac virtus ferret, viuum caperent. Ceteris minus parcerent. Captis Brugis elapsam Comitem, atq; ea re nondum libertatem suam sta-

bilitam. Rege captiuo, finem periculorū futurū. Rex tunc primū ar
ma induerat: consiliū salutisq; causa delectissimis p̄ceribus latus suū
sepserat. Tres instituerat acies, quę earū numero nobilitateq; ac vir
tute præstabat in ea constiterat: hancq; se primū ostendētem ho
stes, impressione facta, loco mouere. Id apud Regios malū, in bonū
vertit. Dum instat ferox hostis, se victorē vniuerso prælio ratus: duę
reliquæ Francorū acies dextra leuaq; hosti circūfuse, non tam ferro
dimicare, q̄ vrgere, premere, impellere: in angustum, in arctum coge
re eum cœpere: ne impetu animi roboreq; corporis frætus, expedi
re tela, pugnareq; pari atq; Regiū fortuna, conditione, locoq; posset.
Suometipsorum tumultu laborabant: alii alios inturbabant. Dū
sibi quisq; viam facere in hostē, eximere a suorū trepidatione conat̄:
consternatio vesana augetur. Alii, hostium dextra cadūt: alii, concu
satione suorū, ruinaq; oppressi procūbunt, conculcant̄. Non minus
negociū a se ipsi, q̄ ab hoste habent. Ad triginta millia in prælio desi
derata: in fuga plus decem millia cesa. Secundū victoriā Rex Philip
pum cōquiri iussit: Inuētus est in cumulo exanguū corporū graui
ter sauciū, sed spirans. Colligari vulnera, curariq; iubēte Rege, oēm
curationem aspernatus, ac nō superesse se ciuibus pro libertate ce
sis velle prædicās, decessit. Corpus furcę datum. Hęc victoriā par
ta Anno eius seculi altero & octogesimo, ante quintū kalendas De
cembres. Aldenardæ obsidio vltro soluta. Dāmum, Brugæ, Hyprę,
Calletum, Borburgum, Grauellingę, Furnæ, Hęc atq; ignobilia præ
terea oppida, Præfecturæq; in fidem rediere. Curtracum receptum
Franci incenderunt per iram, cum in æde viderent affixa aurata cal
caria Francorū procerū prælio Curtracensi cesorum, octoginta an
te annis, cum Robertus Atrebas cecidit. In ædibus publicis reper
tæ dicuntur literæ aliquot Maleatorum ad Albatos datę. Regressus
victor Rex ad Dionysii Deo Opti. Maxi. laudes meritas: martyri
bus gratias egit. Flāmulam Petrus Villarius restituit. Triplici acie,
sub signisq; Lutetiā ingressus Rex, occurrentes reuerentissime De
curiones, Prætorēq; mercatorū non admisit. Virgini vota persoluit.
ad concionē in Regiā inermes ciues incolasq; vocauit. Verba Præse
ctus iuris p̄ statua Philippi Pulchri fecit, circūfusus inermi multitu
dini armatis: atrocī acerbaq; orōne inuectus est i Maleatos: infideli
tatē, crudelitātē, seditionē, defectionē, furorē, coarguēs. Vbi perora

uit, pcubuit ad Regis pedes:rogitans,dicere ne ea iussisset?Respōdit,se vero ea dici iussisse,dictaq; velle:ac leuius q̄ pro atrocitate scelerū dictū.Patruī pro Regia vrbe,cuius optimates,nobilitasq; consilia cum sceleratis non cōsociassent,procumbentes deprecabantur.Simul ad crepitum armorum territa plebs,miserabili fletu suppliciq; omnia impleuit.Trecenta nomina edidit Sextus,Ii capite luerūt:cæteri ære multati,Catenę reuulsę,ac in arcem Luparam late,Suos deinceps Decuriones,Prætoremq; mercatorum,habere creareq; vetiti.Quinto post anno sua Regię vrbi maiestas,iusq; redditum creandi Decuriones Prætoremq; mercatorum.Creatus est Ioannes Iuuenalis Vrsinus:ciuis ipse Parisiensis, sed patre e proceribus Romanis:qui in Galliam ductus a fratre Neapolione Pontifice Medioma tricum,pro gloria imperioq; Frācorum bello Anglico præclare res gesserat.Interea Albatī Gandauenses,nōdum malis perdomiti,foedus cum Anglis percussere.Flandriā Angliāq;, Urbano dicto audientes erant:Franci a Clemente stabant. Decumas sacras Urbanus Anglis concesserat,vt eius causam ab hostibus tegerēt.Traiecerāt in Continentē Duces Angli octingentos equites,decem millia pedum,se Gandauensium amicos professi,ceteræ Flandrię bellum inferebant,fusis fugatisq; qui arcere illos finibus conabantur:indignabantq; se Urbani studiosos vexari ab Anglis Urbani partes armis,gręq; sacro defendere se iactātibus.Illi nihil hac ex postulatōe moti,victoria feroces:Borburgo, Grauelingaq; in potestātē redactis,Hypras obsedere,accitis Gandauensium auxiliis.Certiores facti,Frācū Regē aduētare incensis q̄ extra mœnia edificiā erant, re illa infecta cū abiissent,Casletum oppugnāt.Ad famā Magistri equitū a Frāco Rege missi,appropinquātis, incensis castris Grauelingā se receperunt.Mox ea a Francis vi expugnata:Anglis p̄ auersam portā Borburgū repetētibus,qđ & ipsum paulo post obsessum,ac deditū pacto ne est:vt Anglis sine fraude abire liceret.Sub qđ tēpus Comes Flādrus ad Fanū Odomari morbo decessit.Insulę in eade diuī Petri sepultus est.Margarita eius filia,eadē Audacis vxor, se hæredē dixit.Audax & suis & vxoris opib⁹ ingēs,cū Gādaueses adhuc in armis essent, reliquę Flādrię:simul Mechliniēsis,Atrebatibus,Rastellenibus,vtriq; Burgundiæ iura dabat.Ioannes eius filius Comes Niuernensis Magaritā Alberti Annonis Comitī filiam:Rex Francus

Helisabetum filiã Ducis Bauari ex filia Bernabouis Mediolanensis procreatã, in matrimoniũ duxere. Harum publice, ceterarumq; rerum festa letitia in secordiam versis Damí murorum portarũq; custodibus ab Audace impositis, absenteq; ad celebrandas frequẽti pcerũ cœtu nuptias Præfecto præsidii: Franciscus Atremus Gandauenſium dux, illud oppidũ scalis in muros euadẽs occupauit. In Aruernis, Lemouicibus, Pictonibus, perditissimus quisq;, coniuratione facta, duce quodã Petro Bruerio in nobilitatẽ, in sacerdotes arma ceperat. Eos Dux Biturigũ congregi ausos deuicit: alii tũc ferro, alii paulo post reſte pœnas dedere: Ita latrociniũ verius q̃ bellum sublatũ. Sed & in veros iustosq; hostes bellũ paratũ. Bellũ Anglicũ animo consilioq; agitabat Rex: classem multis locis, sed in primis Clusẽ inſtrui ornariq; iussit. Qui eã incenderẽt Atremus aliquot summẽ audaciẽ submiserat. Re per indicẽ palã facta, Rex fontes cõprehendi iubet. Sensere se delatos, fuga cũ sibi cõsulerẽt, eorũ alii retracti, ceruice pœnas dedere: alii Dãmũ effugere. Frãci Dãmũ obsederunt, integrũ ibi mēsem interdium oppugnãtes retenti. Cum desperata diurniore propugnatione, Atremus nocte concubia profugisset: luce orta, oppidũ ceperunt euerterũtq;. Alia parte a classe militeq; Frãco Selandensium ager euastatus, q; Albatos iuuarent. Tandem Gandauenſes publice veniam pacemq; demississime petentes, in fidem accepit Audax, clementi habiturus imperio. Turrim Rex Clusæ extruxit arcis instar, tutandis nauibus. Ioannes Viennensis multo ante dux bello mari gerendo ab Rege Franco creatus, tunc in Scotiam ad amicũ fœderatumq; Regem, sexaginta nauium classe copias transportare iussus, vt inde Anglos premeret: magna expectatione iuit: impigre res gessit: oppida aliquot de Anglis cepit, antea inexpugnabilia Scotis visa. Ferrum, ignesq; circumtulit: cum Scotis animo consilioq;, in communes hostes initio res gerens: deinde dissensione disunctioneq; exorta, non bene Frãcis cõueniebat cum Scotis: nec Scotia terra externo exercitui diu alendo est: & Ioannes Viennensis dicitur cum Regiæ apud Scotos nobilitatis fœmina stupri consuetudinem habuisse: eaq; re a proceribus gentis metum illi iniectum. Multiplici igitur causa deportauit exercitum in cõtinẽtem. Qui ad regem reuersus, de moribus viribusq; vtriusq; gentis interrogatus: noster (inquit) in Scotiam

aduentus primum pergratus omnibus fuit: deinde Regi, mox & proceribus, postremo oibus eque mortalibus inuisus. Cōspirationibus in nos factis, indicio mulieris in aula gratiosę detectis nobis infidiis, reduces sumus. Scotia externis diu hospitalis esse nequit. Posita tandem simulatione ad ingeniū redeunt. Vires vniuersę Scotiæ vidī quingētos equites: triginta millia semiermiū militū. Cū vniuersis Anglorum copiis cōgressus, sexaginta millia peditum vidī, octo equitū. Angli domi facile vincuntur, foris egre. Et nūc florem Anglicę iuuentutis Dux Lecestriensis, quocū nupta est Petri Regis Castulonensis ab Hérico fratre Notho auxiliis Francorū cęsi maior filia, in Hispaniā trāsuexit, vt iusti Regis soboles domū i Regnūq; restitueret. Hęc summi viri oratio Regē permouit, vt ipse longe maximis viribus in Angliam transmittere cuperet. Tunc, quod prius cōstituerat Lutetię, Caterinam sororem filio patruī sui Ioannis Ducis collocauit, cum Clemēs Pontifex cognationis vinculum lege soluisset. Exin ipse cum altero patruo Audace Clusam se contulit, q; eo in portu, circūiectaq; ora maritima stabant circiter mille ducentę naues, ad bellum Anglicum instructę ornatęq; ac omni ex Francia eo copię cōuenerāt. Audax instabat, vt primo quoq; tempore transmitteretur. Expectabatur alter patruus Ioannes, & etate & auctoritate maior. Lutetię cū filio nuruq; ludis, festaq; celebritate tēpus terebat, auersus a consiliis belli Anglici. Literis, nunciis, precibus, Regis accersitus, tandē proficiscitur: iter cunctanter facit. Clusam vbi peruenit, ibi etiam alias super alias moras nectit: ad postremū posita simulatione se nunq; authorē futurū testat, vti Rex oēs vires Francię, oēm nobilitatem, dignitatem, seq; in primis fortunę, alienoq; orbi terrarum committat: presertim cum iam Hyems impederet: in eam enim propinquā cōsulto rē differēdo, traxerat. Addebat se cōpertū habere, Anglos pacē affinitatēq; cū Castulonensi iūxisse, filia Lecestriensis Ducis nuptui data Hérico Henrici Regis Nothi ex Ioanne filio, nepoti: Simul in Angliā ad centū millia sagittariorū, decem millia equitū conscripta: tāto maiore numero q; posse Anglos Vienensis iactarat. Ioannis Ducis auctoritas apud proceres valuīt: classis exercitusq; dimissi: belli cōsilia deposita: aduersa apud vulgū Ioanis Ducis fama, q; anteq; bellum tanto sumptu appararet, quid sentiret expromere libere, audacterq; cum oportuisse dicerent. An

no insequenti: qui fuit eius seculi octogessimus primus, proceres Mediolanenses noua iuncti sunt Francis affinitate. Ludouicus Turonū Dux Regis frater Valentīnam filiam Ioannis Galeatii in matrimonio accepit. Rex cum Ocitanos inuisere statuisset, Auenionem se contulit. Ibi Clemens Ludouicum Ducem Andegauensem filiū Ludouici Regis Italico bello mortui, Sicilię Hierosolymorumq; Regem nūcupat, coronatq; vt haberet quę Urbano, Ladislaoq; Caroli filio a proceribus Neapolitanis Regi salutato, opponeret. Bellum Neapolitanum in aliud tempus dilatatum. Prouincia Phocensis sub ditione Andegauensis erat. Exin Francus Rex Flussates inuisit, in verbaq; sua Comitē iureiurando adigit. Ocitanis conquerentibus Ducis Biturigum eius Prouincię Prętoris cupiditatem, studiumq; cogendę ex popularibus pecunię multo maius q̄ pro ipsorum facultatibus, pręesse illis iterum Flussatem iussit: sed suscipere inuito Duce Regis patruo Comes eam prouinciā non est ausus, nec ipse Rex q; profusissimus, prodigentissimusq; esset modica vi auri contētus esse poterat. Nullus in eo largitionum modus. Authores summarū cum rationes in fiscum referrentur, eas magna ex parte inducebāt, tabellisq; quibus nomina muneraq; data continebantur, hęc verba subscribebant, & immodice datum & repetatur. Nec minus inuisum suis Nauarum grauitas tributorum reddebat. Incendio absumptus est fraude suorum conflato, an fortuito. Optimates intolerabilia tributa conquesti, alii compedibus vincti, alii extrema metuentes, nihil non ausuri per desperationem erant: & sola morte Nauari liberari poterant: quę & in tempore insecuta est, eo miraculo vt fides rerum commento fabulę adumbrata videatur. Ad sexaginta, vt ferunt, natus annos: ac intemperātia libidinis viribus exhaustis, vt reficeretur, toto corpore excalfactoriis medicamentis delibuto, cum decubaret: iussit ignem in enea pila strato linteisq; calefaciendis inferri: dum improuide infertur: trepidantq; ministri, scintilla in ipsum forte prolapsa, continuo fomenta illa inflāmauit: ac eū ita affecit, vt quintusdecimus dies toto finis vitę fuerit. Annales Francici parum absimili argumento aliam famam edunt: inductū eum, insutumq; linteis, aqua vim Naphthę habente, quamq; idcirco Franci ardentem dicunt, perfusis, cum qui insuerat candelam ardentem filo ex acu exurendo admouisset: flamma protinus fusa, ita

ambustum, vt intra biduum expirarit miro popularium gaudio, nō magno suorum luctu. Odio enim fuerat sororis suę viro Fluffati. Is bello ceperat Alebretensem, dimiseratq; fide Nauari, pactus certo auri pondere, quod postea soluit quidē, sed Nauaro, vt is sponsor fidem suam liberaret: qui belli necessitatibus adductus & magna no- uaq; semper moliens, aurum sibi retinuit. Tunc Comes vxori, antea etiam non bene conuenienti, nec pellicis potentiam ferenti, abi in- quit, ad scelestum fratrem: nec redeas nisi re ab illo rabido monstro persoluta. Comitatus est filius in aliquot dies matrem: & illa viri im- perium, inclementiaq; in ipsum verba renunciauit. Nauarus redeū- ti ad patrem adolescentulo accipe hunc, inquit, puluerē: quē si igna- ro patri in potione miscueris, cōtinuo flagrabit desiderio vxoris, vl- troq; reuocabit. Credidit auunculo imperitus miserq; proq; amato- rio mortiferum venenum accepit: id in olfactoriolo q; in adolescen- te hęc quasi deliciae suspectae esse non poterant, abditum gerebat ex- pectans occasionem inscio patri dandi. Deprehensus a patre, no- thum filium in honore delitiisq; habente, in vincula coniectus ac mo- ri coactus est. Hinc magis exarsere propinquorum domesticorum q; in Nauarum odia. Comitem Armeniacum haud dubie arma bellumq; Italicum sustulit. Florentini armis Mediolanensium preme- bantur. metu seruitutis, fidem Franci Regis implorabant: ne pate- retur urbem iam inde ab initio Francici nominis amantissimam li- bertate spoliari, ac alieni iuris, arbitriiq; fieri. Dux Turonensium in- soceri gratiam contendebat, ne Florentinorum preces audirentur: respiceretur potius Florentissimi viri Ioannis Galeatii societas, a- micitia, propinquitas, affinitas, Quam magna peregre proculq; Francis incrementa querenda sint documento esse Rectorem Fran- ciae ducem Andium. Tam recentī exemplo sibi videri externa bella externis armis geri, non sanguine Francico cōuenire. Ioannem Ga- leatium antea generum Regum Francorum, nunc socerum Regii Francorum sanguinis vno tenore in societate amicitiaq; permanis- se: ac permultis officiis promeritum vt Francorum auxiliis iuue- tur potius q̄ oppugnetur. Peruicere patruī Regis: vt Comes Arme- niacus qui auro Florentinorum permotus eam sibi prouinciam depoposcerat, educeret e finibus Regni perditissimorum hominū manum, Fessis enim bello Ducibus Regibusq; Franco, Angloq; ac

sponte sua tacitis exortis induciis, dimissisque exercitibus, qui militum rem laremque familiarem habebant, ubi se domum receperant, corpusque e labore, animum a sollicitudine reficiebant: quibus vero fortunæ omnes in dextera, audaciaque sitæ erant, ubi coalitionibus factis diuisisque in turmas cohortesque, suos duces: sua signa: sua vexilla habebant. loca munita arcesque infederant: & ut qui iusti milites, iustaque arcium presidia videri vellent, se locorum regionumque ac mortalium propugnatores dictitabant, ut sancta prescriptione dum omnes se metuedos ipsi præbent, singuli eorum duces ex vniuersorum metu, quæstum sibi suisque facerent. Pacem enim, qui circumcolebant, ab eis redimebant, ut tuto agros colere, manereque domi cum coniugibus liberisque sibi liceret: ingentemque pro se quisque mercedem paciscebantur eo nomine uti ab iniuria, maleficioque cæterorum prohiberentur, sique pactitum vocitabantur. Igitur iusti locorum ab his infessorum nobiles domini supra Florentinorum aurum pergradem pecuniam Armenia eo contulerunt in stipendium horum militum quocunque liberet educendorum. In Aruernorum autem potissimum, Lemouicum, Rutenorum, Cadurcorum finibus confederant. Quindecim ex his millia equitum, decem peditum conscripsit, in subalpinosque Comes duxit. Authores erant legati Florentinorum, ut traiecto Pado, qua proximum est, Etruriam peterent: sequique veteribus Florentinorum copiis coniungerent. Armeniacus se a tergo tantum hostem, tamque nobilem fluuium non relicturum dixit: sed recta in Mediolanensis imperii fines signa laturum, & copiam pugnandi facturum. Iacobus Vermis Prefectus Mediolanensium copiarum, rebus suis minime salutare ratus cum tam recentis animi ferociaeque hoste quam primum dimicare, Alexandriam se inclusit, passus aduenientem eum circumuolitare, prouocareque frustra ad cominus conferendas manus. Ille ubi nemo contratendebat, circumiectos vicos, castellaque capit, diripitque: suosque velut iam debellatum esset ac tanquam nullo hoste, præda onerat: ac ut in ditionis suæ finibus vagatur. Tunc oibus exploratis, Vermis in dissipatos, in compositosque impetum repentinum facit: ad sex millia eorum occidit: cæteros fudit, fugauit. Comes sauciùs captus, paulopost ex vulneribus obiit. Mericus Fœneracus domum reliquias ægre reduxit, Alpinis parantibus vlscisci edita in se in petenda Italia huius militis exempla. Tandem reduces quietius reliquam

ætatem egere. Hic talium hominum casus bono Franciæ fuit. Sed
 nondum ea perpurgata erat sceleratis hominibus. In Lemouicibus
 Vantadoram arcem Capito Niger gente Britannus obtinuerat.
 cum morbo decessisset, succedere duo fratris filii iuuenes impigri
 armis inuicti: dum etiam dolo capere conantur, capti dolo sunt. Af-
 sueto patruo agrestibus pacem precio accepto dare, ipsi nobilissi-
 mos viros fraude circūuenire studebant. Cum duos egregios ordi-
 num ductores in se a Biturigum Duce mitti comperisset, Hilermū
 Vtricularium ac Ioannem Blonasonem: subornant qui nunciaret, si
 sibi præmio foret, vltro tradituros arcem: decem millibus aureo-
 rum acceptis portam arcis se patefacturos. Consilium eis erat
 ingressos cum auro Francos Duces comprehendere, nec nisi altero
 inluper pondere auri redemptos dimittere. Contra ingressi portā
 occupauere, datoq; signo iis quos in insidiis noctu collocarant, et
 arcem & ambos Capitones in potestatem redegere. Arx liberata.
 Capitones resti pœnas dedere. Et alia Italię Regio Lyguria in san-
 ctiorē causam cogitationes Francorū vertit: sacriq; belli mētio reno-
 uata. Afri oram Italiæ insulasq; inferi maris classe assidui ac præualie-
 di hostes vrebant. His Genuenses si iusto tantū bello agendum sit,
 non cedant, tātum gloria nauali valebāt: sed vtrunq; & bellare cum
 hoste nullum metu vacuū tempus reliquum faciēte: & in longinqua
 diuersissimarum regionum emporia mercaturarū causa nauigare,
 non poterant: qua ex re opes nomenq; illius vrbis constat. Si bellum
 ex mari in Africam transferatur, domiq; ac suis in sedibus barbari
 affligantur: obliuio maritimarum rerum eos capiat. Id suis viribus
 Genuenses præstare non poterāt. Igitur Legatos principes ciuitatis
 in Franciam ad Regem misere, quorum maximus natu potestate di-
 cendi facta ita dicere exorsus est. Fuit inuictissime Rex, cum huius
 maxime omnium Christiani solii maiestas, solo nominis sui terrore
 tanq; belli fulmine Turcas Saracenosq; nō modo procul ab Europa
 arceret, sed intra Tauri montis iuga contineret: aut si quando ve-
 cordia moti, egredi finibus auderent, armis Francicis in orientem
 tanto terrarum spatio interiecto illatis: pene prius opprimerentur,
 q̄ famam cōsiliorum suorum ad nos peruenisse suspicarentur. Itaq;
 per multas continenter ætates idem apud illos Francorum quod
 Christianorū nomen extitit: ac apud eos Franciæ nuncupatio, non

gentis, sed religionis habita. Paulatim dum vos aliae necessariae occupationes a rebus orientis respiciendis auertunt, Christiana religio tanto decremento imminuta est, quanta accessione, fide armisque Francorum adaueta accumulataque fuerat. Quondam arma Francorum Euphratem iugum ferre cogebant, Nilum coercebant, Nunc circa Euphratem Nilumque nati hostes nostri florere Francia Asiae Africaeque imperant. Illinc in Europam transgressi Byzantio certa spe imminet, Ungaros terrent. Hinc Beticam tot iam aetatibus obtinent. Se terrarum dominos dictitant, nec ea contenti re, mari etiam insultant, ante oculos Francorum classe feruntur. Narbonensis Prouinciae maritima oram praeteruolant, oraque ex littore spectantium tuorum, remis respergunt. Id minus indignum, sed tamen & indignum & miserum, quod nos continentemque Galliae Lyguriam, atque vno omnino amniculo diremptam insulasque in conspectu vestro nostroque sitas, infestas piratica latrociniiisque faciunt: velut sorte diuina communi semper utraque fortuna Francis cum Lyguribus sacro bello. Franci enim sanctam urbem Hierosolymam de impiis recipere, in partem periculi gloriaeque receptis Genuensibus, nec ea ex tempestate finem unquam fecimus sacra Francorum aduersus impios arma, virtute, pietate, officio iuuandi. Nos illis maioribus orti: quibus ut vos quidem dicebatis, armorum sociis, ut nos existimabamus, comitibus: pro religione praecleara facinora, maiores vestri summa gloria edidere: sacrum bellum aduersus Afros, impiosque necessario, coactique gerimus: illi enim nos ultro petunt, nobis non se tantum ostentant, non metum solum iniiciunt: sed malo premunt, igni ferroque vexant: magis enim illis patet Lyguria, magis exposita est, in nos plus audent, nec vrimur, premimurque ab illis nisi quia Christiani, quia ut ipsi dicere solebant, Franci sumus: nomen enim Lyguriae illis ignotum inauditumque est. Quod bellum sacrum nobis necessarium est ac domesticum, id tibi finitimum est, ac in oculis tuis positum: necdum te tuosve vrens, sed susceptum abs te nunc pro dignitate, ac pro religione gloriam ingentem fructumque attulerit multo maiorem quam si necessitas expectet. Nos mari aliquid possumus. Vos omnire, sed maxime terrestribus viribus inuicti estis. Quod facile: quod non magno nauigationis cursu ex Africa ad nos feruntur, prouinciaeque Narbonensis oram maritima praeteruehuntur: tam non egre, tam breui traiectu iri in Africam ex Gallia potest, ac in sede sua hostis opprimi

queat, ne te ætate, gloria tua, maiorum maiestate, tuorum virtute,
 maximo omnium inuictissimoque Rege, oculis tuorum insultare, illu-
 dereque effœminatissimus tuus religionisque ac in primis nominis Frã-
 cici hostis ultra possit. Pollicemur tibi stationes, portus, littora, ora,
 vrbes, oppida, classes nostras, copias nostras, nauales socios, nos ip-
 sos, non segnem operam nostram. Suscipe hoc sacrum bellum in cõ-
 spectu ac prope sinu tuo positum: ad quod ex propinquo te memo-
 ria sanctissimorum Regum maiorum tuorum, ac prope voce sua
 Deus opti. max. vocat, nõ dubia, nec difficili, nec tarda futura victo-
 ria fortissimorum virorum, bellatorumque de excursoribus, de fugacis-
 simis, si veras vires tantum viderint, de his qui latrocinio victitan-
 tes iustum bellum nec inferre, nec propulsare possunt. Magno assen-
 su auditus est Genuensis. Frater Regis eam prouinciã deposcebat
 ardens cupiditate gloriæ. Patruũ veterano Duce opus esse aduer-
 sus vafram & fraude potius perfidiaque quã vera virtute nitentem gen-
 tem predicantes, authores fuere: vt Borbonius Dux secundo loco se
 sacro bello gerendo vltro imperatorem offerens exercitui præficere
 tur. In hanc militiam nobilitas Francica certatim nomina dabat: in-
 gensque ardor incesserat. Transit emulatio virtutis in Angliã. In triẽ-
 nium facte induciẽ anno eius seculi nonagesimo confirmantur. Pro-
 ceres iuuentutis Anglicæ cum valida manu Sagittariorum in Frã-
 ciam transmiserunt, consilia cõmunicauere, vires animosque consociaue-
 re. Superantur Alpes. Itur vno vtriusque gentis agmine Genuã. Clas-
 sem instructam ornatamque videt. a Venetisque auxilia ad hoc bellum
 missa tantis modo Genuensium hostibus: sed in communi religio-
 nis causa gratia reconciliata: ac ne schismate Põtificio animi distine-
 rent, iureiurãdo inter se adiguntur, nullã mentionem, nullam memo-
 riam fore cæterarum rerum: contentionumve: de solo hoste Sarace-
 no vel tollendo, vel saltẽ coercẽdo intra fines Africanæ barbariẽ, co-
 gitaturos. Tuneta Urbẽ Regiam, caputque Africæ cursum direxere.
 vbi ex alto terrã in conspectu habuere, vident Barbaros sub signis
 stantes, vt littore prohiberent. Francici annales tradunt sagittariorũ
 Anglicorum virtute effectũ vt descensio pateret. Expositæ copiẽ iã
 victrices se existimabant, que Africam tenerent: quã rem magni cruẽ-
 tique certaminis futuram sibi proposuerant. Barbarorum Rex partẽ
 copiarũ in vrbe in præsidio reliquerat, cũ parte in propinquo castra

posuerat: munieratq; copias in aciem educētibus nostris sese loco te-
nebat: nec quicq; fortunę cōmittebat. Vrētib⁹ agros mapaliaq; Nu-
midas velocissimum ac maxime pernix equitum genus emittebat:
qui grauem armaturam cataphractumq; equitē nostrum procul va-
gari non sinerent. Et erat maxime impar certamen: occurrentibus
enim cedebant: cedentibus instabant: multipliciq; ludificatiōe: ac, vt
vltus erat, modo tenebant: modo terrebant: modo longius eliciebant
quo grauius disiunctos a suis paucos ipsi plures circumfusi, preme-
rent. Optimū igitur visum omīssis leuibus proeliis, cū de summa re
in certamē non descenderet Barbarus: urbē obsidere oppugnareq;
inerant & multi & nobiles delectiq; propugnatores. Vrbs Regia &
egregie tentabatur: et egregie defendebatur. Rex nostros primū in
moenia versos a tergo adoriebatur: deinde, cū diuisis copiis alii op-
pugnarent, alii sub signis contrariam in partē versi starent, siqua
exterior vis ab Rege fieret: nihil mouere audebat: atq; atrocior op-
pugnatio urbem adoritur. Prefectus presidii petit vt sibi cū impera-
tore Christiani exercitus colloqui liceat. Iussus igitur egredi id quid-
dem abnuī, nec propius muros Borbonius Dux accedat, nisi cum
tormentis egregioq; milite, cauensq; ne peti e muris, circūueniriue
insidiis astute possit. Nonnulli Genuensium Punicam linguam pbe-
norant. His interpretibus Prefectus presidii quęsiuit quęnam cau-
sa: qui dolor Francos Anglosq; tam procul ab Africa incolentes: quę
ve iniuria in Afros armasset. Consensu responsum est, Genuenses
esse vnā Christiani nominis ciuitatem: iisq; odio religionis ab Afris
bello latrociniisq; vexatis, nō minus offensos se arbitrari Frācos An-
glosq; q̄ si Lutetia: q̄ si Londiniū oppugnata foret. Hoc verborū ini-
tio de cōpositione agi cœptū. Simul rex Barbarus legatos misit. Cō-
uenit vt Afri finib⁹ suis se cōtinerēt: abstinerēt ora maritima Italię
Gallięq; ac insulis Africę Europeęq; interiectis: captiuos Christiani-
nois redderēt: decē milia aureorum presentia numerarent. In has le-
ges fœdere ic̄to deportatus Genuā vnde soluerant exercitus. Franci
q; ac Angli inde profecti sancta feliciq; expeditione potius q̄ bello
ad suos quisq; cum gloria gratulationeq; rediere.


Victores se existimabant. Vnde etiam dicitur: Barbarorum Rex dicitur certaminis futurum sibi propoluerat. Barbarorum Rex dicitur certaminis futurum sibi propoluerat. Barbarorum Rex dicitur certaminis futurum sibi propoluerat.


In his septem libris reponenda.

Folio.ii.pagia.ii.verf. xxvii. vt neq; tā multa, neq; tā mul. fo. iiii. pa. i. ver. xii. Atha
 ulphus suffectus, Placidiā. fo. vi. pag. i. verf. xxiii. nouorūq; motuū. fo. xiiii. pag. i.
 verf. xii. Sigismūdi frater. fo. liii. pag. i. verf. xxxii. iā nox appetēs. pag. ii. ver. xxxiii.
 mente tandē refipīcentes. fo. liiii. pag. i. verf. xxxii. Casaraugustanorū. fo. lxxi. pa-
 gi. ii. verf. i. Augustū faceret. fo. cxxv. pag. ii. ver. v. edidisset. fo. cxxvi. pa. i. ver. ix. de
 le vsus. pa. ii. ver. v. Cefarea Stratonis vi capta. v. xxxiiii. Gulielm⁹. fo. cxxvii. pa. i.
 v. xvii. schismate: & armis se texerat. v. xxiii. p̄cipuum. v. vltimo. dele: dissentien-
 tibus animis ac. fo. cxxviii. pa. ii. v. xii. dele. paucis supfuturus diebus: & substitue
 ibiq; fo. cxxx. pa. i. v. i. fugam. Odo. pag. ii. v. xxx. Belsiā. fo. cxxxi. pa. i. v. xii. dele si, et
 substitue se. ver. xviii. dele & Francorū ceteri. v. xix. dele alii alias poenas dedere.
 pa. ii. v. vi. dele filii: & substitue liberi. ver. xxv. dele ita tamen verbis conceptis vt
 illud priuilegiū esse videret, nec ad posteros valere. v. xxxi. Gulielmi. fo. cxxxii. pa-
 gi. ii. v. x. Gulielmū. v. xiii. Cenomanorū. fo. cxxxiii. pag. i. v. i. fratri. v. xx. Hic quo
 ille maiori. pa. ii. v. x. trecenos. fo. cxxxiiii. pa. i. ver. i. fratre P̄fecto viro clarissimo.
 pa. ii. v. viii. dele Lābertum. fo. cxxxv. pag. i. v. vi. dele Regēs: & substitue Rector.
 pa. ii. v. xiiii. dele Regentē & substitue Rectorē. v. xviii. dele Regentis & substitue
 Rectoris. fo. cxxxvi. pa. i. v. xi. Hyprensis vt nup. pa. ii. v. xii. Cenoman⁹. fo. cxxxvii.
 pag. i. ver. xviii. deleat hoc totū: Halapia Syrię vrbs est secūda ab Antiochia di-
 gnatiōis: icōpertū ea ne apud p̄ricos authores Hierapolis, an Heliopolis sit: quā
 do vtrūq; nomē in ea Syrię parte inuenio. fo. eodē. pa. ii. ver. xxxiii. dele vbi, & sub-
 stitue mox. pag. eadē. ver. vltimo. dele Reuersus cōtinuo in vrbē. fo. cxxxviii. pa. i.
 v. vi. Borboniū. pag. ii. verf. penultimo: Ludouicū ab aliis cognomento Lenem,
 ab aliis iuniorem dictum, rogatu &c. fo. cxxxix. pag. i. v. vlti. edes duoc; coenobia
 virorū. pa. ii. v. i. quo sanctius vterq; sexus separatim coleret. v. xxx. extitit. fo. cxl.
 pa. i. v. i. Molismēsis. pa. ii. v. vi. Comit̄is. fo. cxl. p. ii. ver. i. fata. fo. cxli. p. i. v. xvii. assue-
 ta. fo. cxlii. pa. ii. v. v. victoriacēsis. v. xxxii. facto. fo. cxliiii. pa. i. v. vi. Parisiis. v. viii. cri-
 mine liberat⁹. v. xx. extitisse: idq; in morte palā confessus. p. ii. v. xxxii. nec pietate.
 v. xxxiii. degenerabāt. fo. cxlv. pa. i. v. xvii. Halapiano. pa. ii. v. xi. dele minus & sub-
 stitue magis. v. xxii. nauigauit: seu eo p̄motus. v. xxiiii. expertorū. fo. cxlvi. pa. ii. v.
 viii. Halapianā. v. xix. impubes. v. xx. Halapianis. fo. cxlviii. pa. i. v. xxii. suscepit vxo-
 ris. pa. ii. v. viii. fida inter eos pax. fo. cxlix. pa. i. v. i. statueretq; Alexander. v. xix. alte-
 ro Pōtificat⁹ sui anno. fo. cl. p. i. v. vi. ac totidē. fo. cli. pa. i. ver. xii. & xiii. In Antiochē
 siū quoq; finib⁹ cepit oppidū Arethusam ac nobile &c. pa. ii. ver. xxiii. Arethusa
 amissa, in Aegypto &c. fo. clii. pa. i. v. xxx. dele ei. fo. cliii. pag. i. ver. vii. contēdebat.
 vers. xx. & xxix. pro Areten. substitue Arethusam. v. xxx. obsedit: quā Antiochen-
 ses iterū amiserant. Regni. pa. ii. ver. xxxi. Mamaluchorum. folio. cliiii. pag. ii. ver. i.
 venerat. Ex. ver. xv. nulli rei, nulli mortaliū per iram. folio. clv. pagina. i. verf. xxvi.
 pragrudem. pagina. ii. v. xxxiiii. Armenii. folio. clvi. pagina. i. v. xiii. emigrare. pa-
 gina. ii. v. xxii. conscribitur. Prior. fo. clviii. pa. i. ver. xiii. belli se illatur⁹. ver. xxxiiii.
 tēpore alieno Gulielm⁹ Sicilię Rex. fo. clix. pag. i. ver. i. sacra. v. vi. lacerateq; v. xii.
 Ricardus. f. clx. pa. i. ver. v. castroꝝ. v. xv. dele venisse & substitue redactas. pa. ii. v.
 xxvi. dele vt postea cōpertū est. v. xxxi. Augustus memoria simultatis in p̄sens re

✕

ligioni cōdonata: amplissime, fo. clxi. pa. i. v. xxxiii. erat: vultu seruilī: pusillo. v. xxx-
iiii. dele ceteris, pagina. ii. ver. vlti. Bonifacius Ferratensis, folio. clxii. pagina. ii. v.
vii. potestate. v. ix. Aegypto. v. xxi. retractiq; ex fuga velut. fo. clxiii. pa. i. v. xxvii.
Brabantinorū. fo. clxiiii. pa. i. v. ix. dele p̄fecto & substitue p̄posito. v. xii. pepere-
re. p. ii. v. xii. iminere. v. xiiii. reddebat. f. clxv. pag. i. v. xxix. dele Agne & substitue
Margarita. pa. ii. v. i. vñ & ipsum nomine Saphadinū Halapia. v. ii. Saphadino
patruo nati. v. xxxiiii. dele Margarita & substitue Adela. fo. clxvi. pa. i. v. xx. Ioannā
& Margaritā. v. xxi. Ioannā. v. xxii. dele domi. v. xxxiii. Oratores. fo. clxvii. pa. i. v. xx
iii. obtinerēt. Franci. fo. clxviii. pa. i. v. vi. possessionē. v. x. Cenomanorū. pa. ii. v. xxx-
iiii. iidē. fo. clxxi. pa. i. v. xxxv. amicorū Theodororū genero vrbe. fo. clxxii. pa. i. ver.
xxii. Piceq; & omni genere &c. fo. clxxiiii. pa. i. v. xiii. Saraceni. pa. ii. v. ix. dele cōcu-
bitus & substitue congressus. fo. clxxv. pa. i. v. viii. dele Petrus & substitue Alphō-
sus. v. vlt. dele illos & substitue ipios. pa. ii. ver. xxxiii. regū fuisse p̄dicāt. fo. clxxvi.
pa. ii. v. xxxiiii. soboli. fo. clxxviii. pa. i. v. xviii. dele vnus omnia simul obire nequit
& fortuna eū deserit. nec quicq; p̄sidiū vsq; ostendit. v. xxi. dele hīq; non modo
saluti Regi fuere sed prope exitiū Othonis capitū attulere. v. xxiiii. dele enim. fo.
clxxix. pa. i. v. xviii. dele palā. pa. ii. v. xxi. dele cū triquetra acies iam amisso duce se
Arnulfo cōiunxisset: & substitue Aldenardēsis vt nulla iā reliqua spe rursus ter-
ga dedit. fo. clxxx. pa. i. v. x. Rex (vt edocuimus) exhaustus. pa. ii. v. xxiiii. Primores
sacrorū cenobiorū octingētī. fo. clxxxi. pa. i. v. v. circūmissis. v. xxviii. Altisiodoren-
sium. pa. ii. v. xxix. Lexouiorū. ver. vltimo lege: Damiatā vni Chairō cedere. cū &c.
fo. clxxxiiii. pa. i. v. iiii. nominis. fo. clxxxvi. pa. i. ver. vii. e limo. fo. clxxxvii. pag. i. v. iiii.
speq; recuperādī. fo. clxxxviii. pag. ii. v. xii. dele patruū. v. xxii. quo inexpectatī⁹ eo
gratius. fo. cxc. pa. i. v. xvi. Monteforti. v. vlti. Hoc minime generosum. Illud etiam.
pa. ii. v. xxv. Fonteniacū. fo. cxci. pag. i. v. xxviii. dele Myrtili Cæsaris & substitue
Alexidis ipii. fo. cxci. pa. ii. v. xxix. cōsiliū. fo. cxcv. pag. ii. ver. xiii. Rege. ver. xxxii.
accedere. Christum. fo. cxcv. pag. ii. v. iiii. vtantur. f. cxcvii. pa. ii. v. xxiiii. lege (quā
do hoc sancti regis bello &c.) fo. cc. pag. ii. v. xviii. effecerat. v. xxix. populus Ptole-
maide suū. fo. cci. pa. ii. v. xiiii. moenibus Regiē vrbis leti. v. xxvii. execrādo nefarie
vsurpabāt. fo. cciii. pa. i. v. xvi. erigebant. Igitur velut necessaria re coactus Pōtifex
cū solū. v. xx. Sueuis tātisper Gibellinisq; hostibus obiecturus: dignatione breuis
aui futura. v. xxiii. dele Ferdinādū & substitue Foedericū. v. xxxi. dele Ferdinād⁹
et substitue Henricus. pa. ii. v. v. dele Ferdinandū & substitue Foedericū. fo. cciiii.
pa. i. v. v. exules: simul Ligures. fo. ccvi. pa. ii. v. xx. suo eū die. fo. ccvii. pa. ii. v. viii.
dele tūc p̄tinacia fracta. fo. ccix. pa. ii. v. xxx. diploma. fo. ccx. pa. i. v. vii. ceciderat. v.
xxxiiii. quedā e coetu. fo. ccxi. pa. ii. v. xxi. nostrorū cū Rege. fo. ccxiiii. pa. ii. v. xvi. eta-
te graui: laboribus. fo. ccxv. pa. i. v. vii. ascribi. fo. ccxvi. pa. i. v. xxi. passim. pag. ii. ver.
xiiii. cum primum. fo. ccxvii. pa. i. v. xv. non vtiq; singuli. fo. ccxviii. pa. i. v. xxvii. cō-
minus. pag. ii. v. xv. Regi. v. vlti. oriunda.





TO
BIBLIOTE
Dep.
Núm.

ILV CIO

MARIN

SICVT

L VIII

TOLEDO

LIOTECA PUBLICA

Dep. RES

Núm. 1080